naim pecij a dño hãc requirã: vt inhabitẽ i domo dñi

t videã voluntatẽ dñi ꝛ ptegar a tẽplo sancto eius.

Dñe nõ scd̄m.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Audistis q: dictũ est. Diliges pximuʒ tuũ: ꝛ odio habebis inimicũ tuũ. Ego aũt dico vobis. Diligite inimicos vestros: bñfacite his q oderũt vos ꝛ orate pro psequẽtibus ꝛ calũniãtibus vos: vt sitis filij pr̄is vr̄i qui in celis est. Qui soleʒ suũ oriri facit sup bonos ꝛ malos ꝛ pluit sup iustos et iniustos. Si eni diligitis eos q vos diligunt: quã mercedẽ habebitis? Nõne ꝛ publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis frẽs vr̄os tantũ: quid amplius facitis? Nõne ꝛ ethnici hoc faciunt? Estote ergo ꝛ vos pfecti sicut ꝛ pater vester celestis pfectus est. Attẽdite ne iusticiam vr̄aʒ faciatis corã hoibus vt videamini ab eis. Alioqn mercedẽ nõ habebitis apud patrẽ vr̄m qui in celis est. Cũ ergo facis elemosynã noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciũt in synagogis ꝛ in vicis vt honorificent̃ ab ho-

minibus. Amen dico vobis: receperunt mercedē suam Te aūt faciēte elemosynā: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit elemosyna tua in abscondito. Et pater tuus qui videt in abscondito: reddet tibi. Et cum oratis: nō eritis sicut hypocrite qui amāt in synagogis ꝛ i angulis platearū stantes orare vt videātur ab hominibꝰ. Amen dico vobis: receperūt mercedem suā. Tu aūt cū oraueris: intra in cubiculum tuum: et clauso ostio ora patrē tuū in abscondito. Et pater tuus qui videt i absconso: reddet tibi.

[illegible]ñe viuifica me secundum eloquiū tuū vt sciā testimōia tua. Fac cum seruo tuo dñe scdm magnā misericordiā tuā: et ne auferas de ore meo verbū veritatis. Da mihi intellectū vt discam mandata tua et voluntaria oris mei fac mihi in bñplacita dñe.

[S]acrificium dñe obseruātie q̄dragesimalis offerimus p̄sta q̄ns: vt et tibi mētes nostras reddat acceptas ꝛ continētie promptioris nobis tribuat facultatē. Per dñm. [S]eruite dño in timore et exultate ei cū tremore: apprehē dite disciplinā ne pereatis de via iusta.

[T]ribue nobis q̄s omps deus vt dona celestia que debito frequētamus obsequio: salutaria nobis iugiter sentiamꝰ. Per

[U]ere dñe pplm tuū et ab oibꝰ pctis clemēter emūda: q꞉ nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dñet iniquitas. Per.

Audiuit dominus

[A]desto dñe supplicatiōibꝰ nris: ꝛ p̄sta vt hoc solēne ieiuniū qd aiabus corporibusq꞉ curādis salubriter institutū est deuoto seruitio celebremus. Per dñm.

[H]ec dicit dñs. Si abstuleris de medio tui cathenā: ꝛ desieris digitū extēdere ꝛ loqui qd nō ꝓdest: cū effuderis esuriēti aiam tuā: et aiaꝫ afflictam repleueris: orief in tenebris lux tua ꝛ tenebre tue erūt sicut meridies. Et requiē dabit tibi dñs deus tuus semper ꝛ implebit splēdoribus aiam tuam: ꝛ ossa tua liberabit. Et eris q̄si ortꝰ irriguꝰ ꝛ sicut fons aquarū cuiꝰ nō deficiēt aque. Et edificabūf in te deserta seculorum: fundamēta gn̄atiōis ꝛ gn̄ationis suscitabis. Et vo

caberis edificator sepiũ: auertens semitas iniquitatũ. Si auerteris a sabbato pedẽ tuũ facere volũtatẽ tuã in die sctõ meo: ꝛ vocaberis sabbatũ delicatũ ꝛ sanctũ dñi glĩosũ: et glorificaueris eũ: dũ nõ facis vias tuas: ꝛ nõ inueniet volũtas tua: vt loquaris sermonẽ tũc delectaberis sup dño: ꝛ sustollaꝫ te sup altitudinẽ terre: et cibabo te hereditate iacob pr̄is tui. Os eni dñi locutum est hec: ait dñs omps.
Unam petij.
In illo tpe: Cũ sero esset factũ: erat nauis i medio mari: et ihs solus in terra. Et vidit eos laborantes in remigãdo: erat eni ventus ꝯtrari⁹ eis. Et circa quartã vigiliam noctis venit ad eos ambulãs supra mare: ꝛ volebat pterire eos. At illi vt viderũt eũ sup mare ambulantẽ: putauerunt fantasma esse ꝛ exclamauerũt Oẽs eni euꝫ viderũt: ꝛ cõturbati sunt. Et statim locut⁹ est cũ eis: ꝛ dixit illis. Cõfidite: ego suꝫ nolite timere. Et ascẽdit ad illos in nauim: et cessauit vẽtus ꝛ plus magis intra se timebãt. Nõ eni intellexerãt de panib⁹: erat eni cor illorũ obcecatũ. Et cũ trãsfretassent: puenerũt in terrã genesareth ꝛ applicuerũt. Cumq̃ꝫ egressi essent de naui: ꝯtinue cognouerũt eum. Et pcurrentes vniuersaꝫ regionẽ illã ceperũt in grabatis eos q se male habebãt circũferre: vbi audiebãt eũ esse. Et quocũqꝫ introibat in vicos: vel in villas aut ciuitates: in plateis ponebãt infirmos et depcabantur eũ: vt vel fimbriã vestimenti ei⁹ tãgerẽt. Et quotq̃t tangebãt eũ salui fiebãt. Dñe viuifica me. Da mihi intelle[ctum].
Repara nos [...]
dñe q̃s: hui⁹ votiuis abstinentie officijs vt hec sacrificia venerãda sobrijs sp mẽtib⁹ celebrem⁹. p. Seruite do
Celestis vite munere vegetati q̃s dñe ds nr̄: vt qd est nob i pñti vita mysteriũ: fiat eternitatis auxiliũ Per.
Fideles tui de⁹ ppetuis donis firmẽt: vt eadẽ ꝛ pcipiẽdo requirãt: ꝛ q̃rẽdo sine fine pcipiãt. Per.

Inuocauit me et ego exaudiã eũ eripiã eũ et glificabo eũ lõgitudine dieꝝ adimplebo eũ.
Qui hitat in adiutorio altissimi: in ptectione dei celi cõmorabit.

Deus qui ecclesiā tuā annua quadragesimali obseruatione purificas: p̄sta familie tue: vt qd̄ a te obtinere abstinēdo nititur: hoc bonis opibus exequatur. Per.

Ad Corinthios.

Fratres: Hortamur vos ne in uacuū gratiā dei recipiatis. Ait enim. Tp̄e accepto exaudiui te: ⁊ in die salutis adiuui te. Ecce nūc tp̄s acceptabile: ecce nūc dies salutis. Nemini dātes vllā offensionē: vt non vituperetur ministeriū nostrū. Sed in omibus exhibeamus nosmetipsos: sicut dei ministros. In multa patiētia: in tribulationibus: in necessitatibus: in angustijs: in plagis: in carceribus: in seditionibus in laboribus: in vigilijs: in ieiunijs: in castitate: in scientia: i lōganimitate: i suauitate: in spiritu sancto In charitate nō ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris ⁊ a sinistris. Per gloriā et ignobilitatē: p infamiā ⁊ bonā famā. Ut seductores: ⁊ veraces. Sicut q ingnoti et cogniti. Quasi moriētes: ⁊ ecce viuimus. Ut castigati: ⁊ nō mortificati. Quasi tristes: semper aūt gaudētes. Sicut egētes: multos aūt locupletātes.

Tanq̄ nihil habētes: et omnia possidentes. Grad. Angelis suis mandauit de te vt custodiāt te in oibus vijs tuis. ℣. In manib⁹ portabūt te: ne vnq̄ offendas ad lapidē pedem tuum.

Qui habitat in Tract. adiutorio altissimi: in ptectione dei celi cōmorabit. Dicet dn̄o susceptor me⁹ es et refugiū meū de⁹ me⁹ spabo in eū. Qm̄ ipe liberauit me d laqueo venātiū ⁊ a verbo aspero. Scapulis suis obūbrabit tibi: et sub pēnis ei⁹ sperabis. Scuto circūdabit te veritas eius: nō timebis a timore nocturno A sagitta volāte p die a negocio perābulāte in tenebris a ruina ⁊ demonio meridiāo. Cadēt a latere tuo mille ⁊ decē milia a dextris tuis: tibi autē nō appropinquabit. Qm̄ angl'is suis mādauit de te: vt custodiāt te in oibus vijs tuis. In manibus portabūt te: ne vnq̄ offendas ad lapidē pedē tuū. Sup aspidē ⁊ basiliscū ambulabis: ⁊ cōculcabis leonē ⁊ draconē. Qm̄ in me sperauit liberabo eū: ptegā eum qm̄ cognouit nomē meū In uocabit me ⁊ ego exaudiā eū: cū ipso sū in tribulatiōe Eripiā eū ⁊ gl'ificabo eū longitudine dierū adimplebo eū: et

ostendam illi salutare meum

In illo tpe:

Ductus e iesus in deser-
tu a spu: vt tetaret a diabolo.
Et cu ieiunasset qdragita die
b⁹ z qdragita noctib⁹: postea
esuriit. Et accedes teptator di
xit ei. Si fili⁹ dei es: dic vt lapi
des isti panes fiat. Qui rndes
dixit. Scriptu est. No in solo
pane viuit ho: sed in oi verbo
qd pcedit de ore dei. Tuc as-
sumpsit eu diabolus in sancta ci
uitate: z statuit eu supra pina-
culu tepli: z dixit ei. Si filius
dei es: mitte te deorsu. Scri-
ptu est eni q: angelis suis mã-
dauit de te: z in manib⁹ tollet
te: ne forte offendas ad lapide
pede tuu. Ait illi iesus rursu.
Scriptu e. No teptabis dnm
deu tuu. Iteru assumpsit eu
diabolus in monte excelsum
valde: z ondit ei oia regna mu
di z gliaz eoz: z dixit illi Hec
oia tibi dabo: si cadens adora
ueris me. Tunc dixit ei iesus
Uade sathana: scriptu est eni
Dnm deu tuu adorabis: z illi
soli seruies. Tuc relinqt eu di-
abolus: et ecce angeli accesse-
rut: z ministrabat ei.

capul' suis obubrabit tibi dns
z sub penis ei⁹ spabis scuto circu
dabit te veritas ei⁹.

Acrificiu qdragesimal'
initii solenit imolam⁹ te dne
depcates: vt cu epulaz restri-
ctioe carnaliu: a noxiis qq; vo
luptatib⁹ tepemur. P.

capulis suis
obubrabit tibi: et sub penis eius
sperabis: scuto circudabit te ve-

Ui nos ... ritas ei⁹.
dne sacri libatio scta re-
stauret z a vetustate purgatos
in mysterii salutaris faciat tra
sire psortiu.

Icut oculi seruoru
in manib⁹ dnoz su
oru ita oculi nri ad
dnm deum nrm do
nec misereat nostri
miserere nobis dne miserere no-
bis. Ad te leuaui oculos me-
os: qui habitas in celis.

Onuerte nos deus salu
taris noster: z vt nobis
ieiuniu qdragesimale pficiat
mentes nras celestib⁹ instrue
disciplinis. Per.

Ec di
cit dns deus. Ecce ego
ipse requira oues meas z visi
tabo illas. Sicut visitat pastor
grege suu: in die qn fuerit in
medio ouiu suaru dissipataru
sic visitabo oues meas: z libe

rabo eas de oib⁹ locis in qbus dispse fuerāt in die nubis ꝛ ca liginis Et educā eas de ppl'is ꝛ ꝯgregabo eas de terris. Et inducā eas i terrā suā: ꝛ pascā eas in mōtib⁹ isrl' in riuis: ꝛ i cūctis sedib⁹ terre. In pascuis vberrimis pascā eas: ꝛ i mōti bus excelsis isrl' erunt pascue eaꝝ. Ibi regescēt in herbis vi rētib⁹: ꝛ i pascuis pinguibus pascēt sup mōtes isrl'. Ego pa scā oues meas: ꝛ ego eas accu bare faciā dicit dn̄s ds. Qd̄ pe rierat reqrā: ꝛ qd̄ abiectū fue/ rat reducā: et qd̄ cōfractū fue/ rat alligabo: ꝛ qd̄ infirmū fue rat ꝯsolidabo: ꝛ qd̄ pingue et forte custodiā: ꝛ pascā illas in iudicio ꝛ iusticia dic̄ dn̄s ops [illegible] Protector noster aspice deus et respice sup seruos tuos. ℣. Dn̄e de⁹ virtutū exaudi p̄ces seruoꝝ tuoꝝ. [illegible] Dn̄e nō scd̄m

In illo tp̄e: [illegible] Dixit ih̄s discipl'is suis Cū venerit fili⁹ hōis i maiesta te sua: ꝛ oēs angl'i cū eo: tūc se debit sup sedē maiestatis sue Et ꝯgregabunt an̄ eū oēs gē tes ꝛ sepabit eos ab inuicē: sic pastor segregat oues ab hedis Et statuet oues qdē a dextris suis: hedos āt a sinistris. Tūc dicet rex his q a dextris eius erūt. Venite bn̄dicti p̄ris mei possidete paratū vobis regnū a constitutiōe mūdi. Esuriui eni: ꝛ dedistis mihi māduca/ re. Sitiui et dedistis mihi bi/ bere. Hospes erā ꝛ collegistis me. Nud⁹ ꝛ opuistis me. In/ firm⁹ et visitastis me. In car/ cere erā: ꝛ venistis ad me Tūc rn̄debūt ei iusti: dicētes. Dn̄e qn̄ vidim⁹ te esurientē ꝛ paui mus te? Sitientē ꝛ dedimus tibi potū? Qn̄ aūt te vidimus hospitē: ꝛ collegimus te? Aut nudū: ꝛ coopuim⁹ te? Aut qn̄ te vidim⁹ infirmū aut in carce re: ꝛ venim⁹ ad te? Et rn̄dens rex: dicet illis. Amē dico vob̄ q̄ȝdiu fecistis vni de his frib⁹ meis minimis: mihi fecistis. Tunc dicet ꝛ his q a sinistris eius erūt. Discedite a me ma ledicti in ignē eternū: q para tus est diabolo ꝛ angl'is eius Esuriui eni: ꝛ nō dedistis mi/ hi māducare. Sitiui: ꝛ nō de/ distis mihi bibere. Hospes erā: et nō collegistis me. Nu/ dus: et nō coopuistis me. In/ firm⁹ et in carcere ꝛ nō visita stis me. Tūc rn̄debūt ei ꝛ ipsi dicētes. Dn̄e quando te vidi/ mus esurientē: aut sitiētē: aut hospitē: aut nudum: aut infir/ mū: vel in carcere: ꝛ nō mini/ strauimus tibi? Tūc respōde/ bit illis dicēs. Amen dico vo/

bis: q̄diu non fecistis vni de minoribus his: nec mihi fecistis. Et ibunt hi in suppliciū eternū: iusti aūt in vita eternā. [L]euabo oculos meos & cōsiderabo mirabilia tua dñe: vt doceas me iusticias tuas: da mihi intellectū: vt discā mādata tua. Legem pone mihi dñe & viā iustificationū tuarū exquirā: & in pceptis tuis exercebor. [A]ccepta tibi sit dñe q̄s nr̄e deuotiōis oblatio: q̄ & ieiuniū nr̄m te operāte sanctificet: & indulgētiā nob tue ꝯsolatiōis obtineat. p. [V]oce mea ad dñm clamaui et exaudiuit me de mōte scō suo: non timebo milia ppli circūdantis me [P]Rosint nob dñe q̄s freq̄ntata mysteria: q̄ nos & a cupiditatibus terrenis expediāt: & instituāt amare celestia. p. [A]Bsolue q̄s dñe nr̄orū vincula peccatorū: & q̄cq̄d p eis meremur ppiciatus auerte. Per. [D]Omine refugiū factus es nobis a generatiōe & pgenie: a seclo & in sclm tu es [deus]. Priusq̄ mōtes fierēt aut formaret terra & orbis [R]Espice dñe familiā tuā & pstā vt apd te mēs nr̄a tuo desiderio fulgeat: q̄ se carnis maceratione castigat. Per.

[I]N diebus illis: Locutus est esaias ppheta dicēs. Querite dñm dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viā suā: et vir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad dñm et miserebitur eius: et ad deū nostrū quoniā multus est ad ignoscendum. Nō eni cogitationes mee cogitationes vr̄e: neq̄ vie mee vie vestre dicit dñs. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sūt vie mee a viis vr̄is: & cogitatiōes mee a cogitatiōibus vr̄is Et quō descendit imber & nix de celo: & illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terrā et infundit eā: et germinare eā facit: & dat semē serēti: & panē comedēti: sic erit verbū meū qd̄ egredietur de ore meo. Nō reuertetur ad me vacuū: sed faciet quecūq̄ volui: & psperabitur in his ad q̄ misi illd̄ Ait dñs oṗs [D]irigatur oro mea sicut incēsum in ꝯspectu tuo dñe. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū.

[I]N illo tpe: Cū intrasset iesus hierosolymā: commota est vniuersa ciuitas di-

cēs. Quis est hic? Popul iāt dicebāt. Hic est iesus pphēta a nazareth galilee. Et itrauit iesus in templum dei: ⁊ eijcie bat oēs vendētes ⁊ emētes in tēplo: ⁊ mēsas numulariorū ⁊ cathedras vendentiū colūbas euertit. Et dicit eis. Scriptū est: q: domus mea dom⁹ ora/ tionis vocabit. Uos aūt feci/ stis illā speluncā latronū. Et accesserūt ad euz ceci ⁊ claudi in tēplo ⁊ sanauit eos. Uiden tes aūt pncipes sacerdotum ⁊ scribe mirabilia que fecit: et pueros clamātes in tēplo ⁊ di centes: osanna filio dauid: in dignati sunt ⁊ dixerunt ei Au dis quid isti dicūt? Jesus aūt dixit eis. Utiq3. Nūq3 legi/ stis: q: ex ore infantiū et lactē tium perfecisti laudem? Et re lictis illis: abijt foras extra ci/ uitatē i bethaniā: ibiq3 māsit. Et docebat eos de regno dei

n te speraui dñe dixi tu es de⁹ meus in manibus tuis tpa mea. Illumina faciē tuaz sup seruū tuū ⁊ saluū me fac pro pter misericordiā tuā dñe nō cō/ fundar qm̄ inuocaui te.

Presta dñe q̄s vt dicato muneri: cōgruentē nr̄e deuotionis tibi offeramus af/ fectum. Per. ū inuo/ carē te exaudisti me deus iusticie mee: in tribulatione dilatasti me miserere mihi dñe ⁊ exaudi ora/

Uesu ... tionē meā.

... mus omipotēs deus: vt illi⁹ salutaris capiam⁹ effectū cui⁹ p hec mysteria pign⁹ acce pimus. Per.

Scendāt ad te dñe pre ces nr̄e et ab ecclīa tua cunctā repelle nequiciā. Per

Eminiscere mise/ rationū tuarū dñe et misericordie tue que a seculo sunt: ne vnq3 dominent nobis inimici nostri: libera nos deus israel ex omibus angustijs nostris. Ad te dñe leuaui ani mā meā: deus me⁹ in te ɔfido nō erubescā. Do minus vobiscū. Ore mus Flectam⁹ genua.

Preces nr̄as quesumus domine clementer exau di: et contra cuncta nobis ad/ uersantia dexterā tue propici ationis extēde. Per dominū.

In diebus illis: Dixit do min⁹ ad moysen. Ascen/ de ad me in montē: et esto ibi daboq3 tibi duas tabulas la/ pideas: et legem ac mandata que scripsi: vt doceas filios is rael. Surrexerunt moyses et

iosue minister eius: ascendésq; moyses in monte dñi: senioribus ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron z hur vobiscum: si quid natū fuerit questiōis: referetis ad eos. Cumq; ascendisset moyses: operuit nubes monté et habitauit glia dñi sup synai tegés illū nube sex diebus. Septimo aūt die: vocauit eū dñs de medio caliginis. Erat aūt species glie dñi quasi ignis ardés sup verticé mótis in cōspectu filiop isrl. Ingressusq; moyses mediū nebule ascendit in montez et fuit ibi qdraginta diebus et quadraginta noctibus.

Tribulationes cordis mei dilatate sunt de necessitatibus meis eripe me dñe. Uide humilitatez meá z laboré meū: z dimitte oia petá mea.

Dñs vobiscū.

Flectamus genua.

Deuotioné ppli tui qms dñe benignus intéde: vt qui p abstinentiá macerant̃ i corpore: per fructū boni operis reficiant̃ in mente. Per.

In dieb' illis: Uenit helyas in bersabee iuda et dimisit ibi puez suū: z prexit in desertū viá vnius diei. Cū q; venisſz z sederet subter vnā iunipez: petiuit aie sue vt moreret̃ z ait. Sufficit mihi dñe tolle aiam meā: neq; eni melior sum q̃z patres mei. Proiecitq; se: z obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eū dixitq; ei. Surge comede Et respexit: z ecce ad caput suū subcinericius panis z vas aque. Comedit ergo et bibit: z rursuz obdormiuit. Reuersusq; est angelus dñi scdo z tetigit eū dixitq; illi. Surge comede: grādis eni tibi restat via. Qui cum surrexisset: comedit z bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius qdraginta diebus z quadraginta noctib': vsq; ad mōté dei oreb.

De necessitatibus meis eripe me dñe: vide humilitaté meá z laboré meū: et dimitte oia petá mea Ad te leuaui aiaz meá de' me' i te ɔfido ñ erubescá neq; irrideát me iimici mi Eteni vniuersi q te expectát nō ɔfūdent̃: ɔfundát̃ oés faciétes vana.

In illo tpe. Accesserunt ad iesum scribe z pharisei: dicétes. Magister volumus a te signū videre. Qui rńdens ait illis. Generatio mala z ad

ultera signū querit: ꝛ signu m nō dabit ei: nisi signū ione ꝓphete. Sicut eni fuit ionas in ventre ceti tribus diebus: et tribus noctibus: ita erit filiꝰ hois in corde terre tribus die bus: ꝛ tribus noctibus. Uiri niniuite surgēt in iudicio cuȝ generatiōe ista ꝛ ꝯdēnabunt eā: qꝛ penitentiā egerūt i ꝑdi catiōe ione. Et ecce plusq̄ȝ io na hic. Regina austri surget in iudicio cū generatione ista ꝛ cōdēnabit eā: qꝛ venit a fini bus terre audire sapientiā sa lomonis. Et ecce plusq̄ȝ salo mon hic. Cū aūt imūdus spi ritus exierit ab hoie ambulat ꝑ loca arida q̄rēs requiē ꝛ nō inuenit. Tūc dicit. Reuertar in domū meā: vnde exiui. Et veniēs inuenit eam vacantē: scopis mūdatā ꝛ ornatā. Tūc vadit ꝛ assumit septē alios spi ritus secū negores se: ꝛ intrā tes habitāt ibi. Et sunt nouis sima hois illius peiora ꝑori bus. Sic erit ꝛ generatiōi hu ic pessime. Adhuc eo loquēte ad turbas: ecce mater eius et fres stabāt foris q̄rentes loq ei. Dixit aūt ei q̄dā. Ecce ma ter tua ꝛ fratres tui foris stāt q̄rētes te. At ipe rn̄dēs dicēti sibi ait. Que est mater mea: ꝛ qui sunt fratres mei? Et extē dens manū in discipulos su os: dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicūq̄ȝ eni fece rit voluntatē patris mei q in celis est: ipe meus frater ꝛ so ror ꝛ mater est. Offer. Medi tabor in mādatis tuis que dile xi valde: ꝛ leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Ꝟ. Pars mea dn̄e dixi custodire le gem tuā: precatus sum vultū tu um in toto corde meo. Secreta

Intende q̄s dn̄e sacri ficiū singulare: vt huius participatione mysterij q̄ spe randa credimus: expectata su mamus. Per. Com. Intelli ge clamorē meū intēde voci ora nis mee rex meus ꝛ deus meus q̄m ad te orabo dn̄e. Postcōic

Da q̄s omps deus vt re atū nostrū mūera sacra purificent: ꝛ recte viuēdi no bis operent effectū. Per do. Super populū Or.

Mentes nr̄as q̄s dn̄e lumine tue claritatis illustra vt videre possimus q̄ agenda sunt ꝛ q̄ recta sūt agere valea mus. Per. Feria v. Officiū.

Confessio et pul chritudo in cōspe ctu eiꝰ scitas ꝛ ma gnificētia in sācti ficatione eius. Ps. Cantate dn̄o canticū nouū: can

tate dño omnis terra. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus qui in obseruatione ieiunij et elemosinarũ largitione nr̃orum posuisti remedia pctõr concede nos mẽte et corpe semp tibi esse deuotos. Per.
Lectio ezechielis prophete.
In diebus illis. Factus ẽ sermo dñi ad me dicẽs Quid est quod inter vos hanc parabolã vertitis in prouerbiũ istud in terra isrl̃: dicentes. Patres nr̃i comederũt vuã acerbã: et dentes filiorum obstupescũt? Uiuo ego dicit dñs: si erit vobis vltra parabola hec in prouerbiũ in isrl̃. Ecce oẽs aie mee sunt: vt aia patris ita et aia filij mea est Aia que peccauerit: ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus et fecerit iudiciũ et iusticiã: et in montibus nõ comederit: et oculos suos nõ leuauerit ad ydola domus isrl̃: et vxorẽ proximi sui nõ violauerit: et ad mulierẽ mẽstruatã nõ accesserit: et hoiem nõ contristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panẽ suũ esuriẽti dederit: et nudũ operuerit vestimẽto: ad vsurã nõ cõmodauerit et amplius nõ acceperit: ab iniqtate auerterit manũ suã: iudiciũ verũ fecerit inter virum et virũ: et in pceptis meis ambulauerit et iudicia mea custodierit vt faciat veritatẽ: hic iustus ẽ et vita viuet ait dñs deus. Qd si genuerit filiũ latronem effudentẽ sanguinẽ: et fecerit vnũ de istis: et hec qdẽ oia nõ faciẽtem: nũqd viuet? Cũ vniuersa hec detestanda fecerit: morte morietur. Sãguis eius in ipso erit. Qd si genuerit filiũ q vidẽs oia pctã patris sui q fecit: timuerit et nõ fecerit similia: iudicia mea fecerit: et in pceptis meis ãbulauerit: hic nõ morietur in iniqtate patris sui: sed vita viuet. Pater eius q calũniatus est: et vim fecit fratri: et malũ opatus ẽ in medio ppl'i sui ecce mortuus est in iniqtate sua. Et dicitis. Quare nõ portabit filius iniqtatẽ patris sui? Uidelicet q: filius iudiciũ et iusticiã opatus ẽ. Oia pcepta mea custodiuit et fecit illa: vita viuet Ait dñs ops. Gradu. Custodi me dñe vt pupillã oculi sub vmbra alarum tuarũ protege me. De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat: oculi tui videãt eqtatẽ. Secundum iohan.
In illo tpe. Dicebat ihs ad eos q crediderũt ei iudeos. Si vos manseritis in sermõe meo: vere discipuli mei eritis. Et cognoscetis veritatẽ: et veritas liberabit vos. Rñderunt ei iudei. Se-

men abrae sumus: et nemini seruiuimus vnq̃. Quō tu dicis q: liberi eritis? Rñdit eis iesus. Amē amē dico vobis: q: ois qui facit pctm̄ seruus ē pcti. Seruus aūt nō manet in domo in eternū: filius aūt manet in eternū. Si ergo filius vos liberauerit: ve liberi eritis. Scio q: filij abrae estis. sed q̃ritis me interficere: q: sermo meus nō capit in vobis Ego qd vidi apud patrē meū loquor: & vos q̃ vidistis apud patrē vr̃m facitis. Rñderūt & dixerūt ei. Pater nr̄ abraam ē. Dicit eis ihs. Si filij abrae essetis: opera abrae faceretis Nūc aūt q̃ritis me interficere: hoiem qui veritatē locutus sum vobis: quā audiui a deo. Hoc abraā nō fecit. Uos facitis opa patris vr̄i. Dixerunt itaq3 ei. Nos ex fornicatione nō sumus nati: vnū patrē habemus deū. Dixit ergo eis iesus. Si deus pater vester eēt Diligeretis vtiq3 me Ego eni a deo pcessi & veni. Neq3 eni a meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelā meā nō cognoscitis: Quia nō potestis audire sermonē meū. Uos ex ex patre diabolo estis: & desideria pr̄is vr̄i vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in veritate nō stetit: q: non est veritas in eo. Cū loquit mēdaciū: ex pprijs loquit: quia mendax est & pater eius. Ego aūt qui veritatē dico: nō creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de pctō? Si veritatē dico: q̃re vos nō creditis mihi? Qui ex deo est verba dei audit. mmittit angelus dñi in circuitu timentiū eum & eripiet eos gustate & videte qm̄ suauis est dñs. Benedicā dominū in oi tpe: semp laus eius in ore meo

Sacrificia dñe q̃s, ppēsius ista nos saluent q̃ medicinalibus sunt istituta ieiunijs. p. Panis quē ego dedero caro mea est p seculi vita.

Uox nos dñe largitate donor: & tēporalib⁹ attolle p sidijs: & renoua sempiťnis. p.

A qm̄s dñe pplis xp̄ianis: & que pfidenť agnoscere & celeste munus diligere qd frequentāt. Per.

E necessitatib⁹ meis eripe me dñe: vide humilitatē meā & laborē meū: & dimitte oia pctā mea Ad te dñe leuaui aiā3 meā deus me⁹ in te pfido nō erubescā.

Esto dñe ꝓpitius plebi tue: et quã tibi fa/cis esse deuotã: benigno reſo ue miſeratus auxilio. Per d.

Hec dicit dñs deus. Ani ma que peccauerit: ipſa morieť. Filius non portabit iniquitatẽ patris: et pater nõ portabit iniquitatẽ filij Iuſti cia iuſti ſuper eũ erit: ⁊ impie tas impij erit ſup eũ. Si autẽ impius egerit penitentiã ab oibus pctis ſuis que opatus eſt: ⁊ cuſtodierit oia precepta mea: ⁊ fecerit iudiciũ et iuſti/ciã: vita viuet et non morieť. Oim iniquitatũ eius q̃s ope ratus eſt: nõ recordabor. In iuſticia ſua quã operatus eſt viuet. Nunqd volũtatis mee eſt mors impij dicit dñs: ⁊ nõ magis vt cõuertať a vijs ſuis ⁊ viuat? Si aũt auerterit ſe iu ſtus a iuſticia ſua: ⁊ fecerit ini quitatẽ ſcđm oẽs abhoĩnatio nes quas opari ſolet impius: nũqd viuet? Oẽs iuſticie ei⁹ quas fecerat: nõ recordabunť In ꝑuaricatiõe ſua qua ꝑua ricat⁹ eſt: ⁊ in pctõ ſuo qđ pec cauit: in ipſis morieť. Et dixi/ſtis. Nõ eſt equa via dñi. Au dite ergo domus iſrł. Nũqd via mea nõ eſt equa: ⁊ nõ ma gis vie vre praue ſunt? Cũ eni auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua: ⁊ fecerit iniquitates: mo rieť i eis. In iiuſticia ſua quã operatus eſt: morieť. Et cum auerterit ſe impius ab ipieta te ſua quã opat⁹ eſt: et fecerit iudiciũ ⁊ iuſticiã: ipſe aiaꝫ ſuã viuificabit. Cõſiderãs eni et auertẽs ſe ab oibus iniqtati/bus ſuis quas operat⁹ eſt: vi ta viuet ⁊ non morieť. Dicit dñs ops. Saluũ fac ſer uum tuũ deus meus ſperantẽ in te. Auribus pcipe dñe orõnẽ meã. Dñe non ſcđm pec.

In illo tpe

Erat dies feſtus iudeoꝝ ⁊ aſcendit ieſus hieroſolymã Eſt aũt hieroſolymis ꝓbati/ca piſcina que cognominaba tur hebraice bethſaida: quin qꝫ porticus habẽs. In his ia cebat multitudo magna lan/guẽtiũ: cecoꝝ: claudoꝝ: arido rũ expectãtiũ aque motũ. An gelus aũt dñi ſcđm tẽpus de/ſcendebat in piſcinã: ⁊ moue/bať aqua. Et qcunqꝫ prior de ſcendiſſet in piſcinã: poſt mo tionẽ aque ſanus fiebat a qua cunqꝫ detinebať infirmitate. Erat aũt quidã homo ibi: tri/ginta ⁊ octo annos hñs in in firmitate ſua. Hũc ergo cũ vi diſſet ihs iacentẽ ⁊ cognouiſ/ſet qa multũ iaꝫ tps haberet

dicit ei. Uis sanus fieri? Rñ
dit ei lāguidus. Dñe hominē
nō habeo vt cū turbata fuerit
aqua mittat me in piscinam.
Dum venio enim ego: alius
ante me descendit Dicit ei ie
sus. Surge tolle grabatū tu/
um: et ambula. Et statim sa/
nus factus est homo: et sustu
lit grabatū suum et ambula/
bat: erat autē sabbatū: in illa
die. Dicebant ergo iudei illi
qui sanus fuerat. Sabbatum
est: nō licet tibi tollere graba
tū tuū. Respondit eis: Qui
me fecit sanū: ille mihi dixit:
tolle grabatū tuū: ꝛ ambula.
Interrogauerunt ergo eum.
Quis est ille homo q dixit ti
bi tolle grabatū tuū ꝛ ambu/
la. Is aūt qui sanus fuerat ef
fectus: nesciebat qs esset Je/
sus aūt declinauit a turba cō/
stituta in loco. Postea inue/
nit eū iesus in tēplo: ꝛ dixit il
li. Ecce sanus factus es iam
noli peccare: nc deterius tibi
aliqd cōtingat. Abijt ille hō
ꝛ nūciauit iudeis: q iesus eēt
q fecit eū sanū. Off. Bndic
aīa mea dño: ꝛ noli obliuisci oēs
retributiones eius: ꝛ renouabit
sicut aq̄le iuuētus tua. Qui p
piciat oibus iniqtatibus tuis et
redimit de interitu vitā tuā: q co
ronat te in miseratiōe ꝛ misedia

Suscipe dñe qs Secr.
munera nostris oblata
seruitijs: ꝛ tua ppitius dona
sanctifica. Per. Cōio Erube
scant et conturbent oēs inimici
mei: auertant retrorsum et eru/
bescāt valde velociter. Postcō.
Per huius dñe operatio
nē mysterij ꝛ vitia nra
purgent: ꝛ iusta desideria cō/
pleant. Per. Sup populū oro.
Exaudi nos misericors de
us: ꝛ mētibus nrīs gra/
tie tue lumen ostende. Per.
Sabbato quatuor tēpo. Offi
Intret oratio mea
in cōspectu tuo: in
clina aurē tuā adp
cem meā dñe. Ps.
Dñe deus salutis
mee in die clamaui ꝛ nocte corā
te. Dñs vo. Dñs vo.
...
Oremus
Flectamus genua.
...
Populū
tuū qs dñe ppitius re
spice: atq ab eo flagella tue
iracūdie clementer auerte. P.
...
In diebus illis. Locut
est moyses ad dñm di/
cens. Respice dñe de sanctu/

ario tuo: et de excelso celoꝝ habitaculo: ꝛ bñdic pplo tuo israel ꝛ terre quã dedisti nobis: sicut iurasti patrib⁹ nr̃is dare terrã lacte ꝛ melle manantẽ. Audi isrl: hodie dñs deus tuus ꝑcepit tibi vt facias mãdata eius atqꝫ iudicia: ꝛ custodias ꝛ impleas ex toto corde tuo ꝛ ex tota aia tua. Dñm elegisti hodie: vt sit tibi deus et ambules in viis eius: ꝛ custodias cerimonias illius: et mãdata ei⁹ atqꝫ iudicia ꝛ obedias eius imperio Et dñs elegit te hodie vt sis ei ppl's peculiaris sicut locutus est tibi vt custodias oia ꝑcepta eius: ꝛ faciat te excelsiorẽ cũctis gẽtibus quas creauit in laudẽ ꝛ nomẽ ꝛ gloriã suã: vt sis ppl's scũs dñi dei tui: sicut locutus est tibi. ropitius esto dñe pctis nr̃is: neqñ dicãt gẽtes vbi est deus eoꝝ. Adiuua nos deus salutaris nr̃ ꝛ ꝑpter honorẽ nois tui dñe libera nos.

Eus qui nos per tẽporalia ducis ad eterna: ꝑtende misericordiã tuã ad celestia ꝑmissa nitentibus: ꝛ qꝛ tuũ est qd in te credimus: tuũ sit oẽ quod viuimus. Per.

In dieb⁹ illis Dixit moyses filiis isrl. Si custodieritis mãdata q̃ ego ꝑcipio vobis ꝛ feceritis ea vt diligatis dñm deũ vrm: ꝛ ambuletis in oib⁹ viis eius adherẽtes ei: disperdet dñs oẽs gentes istas ante faciẽ vestrã: ꝛ possidebitis eas que maiores et fortiores vobis sunt. Ois locus quẽ calcauerit pes vester: vester erit A deserto ꝛ libano ꝛ flũine magno eufrate vsqꝫ ad mare occidẽtale: erũt termini vri. Nullus stabit cõtra vos. Terrorẽ vestrũ ꝛ formidinẽ dabit dñs deus vester sup omnẽ terraꝫ quã calcaturi estis: sicut locutus est vobis: dñs de⁹ vester. rotector noster aspice deus et respice sup seruos tuos Dñe deus virtutũ exaudi preces seruorũ tuorum.

Rotector noster aspice deus: vt qui maloꝝ nostrorũ pondere ꝑmimur: ꝑcepta misericordia libera tibi mẽte famulemur. Per dñm.

In diebus illis. Orõnẽ faciebãt sacerdotes duꝫ offerrẽt sacrificiũ ꝑ pplo israel: ionatha inchoãte: ceteris ãt rñdẽtibus ꝛ dicẽtibus. Bñfaciat vobis deus: ꝛ meminerit testamẽti sui: quod ad abraã et ysaac et iacob locutus est:

seruoꝝ suoꝝ fideliū. Et det vobis coꝛ vnū oibus vt colatis eū: ꝛ faciatis eius voluntatē Adaperiat dn̄s coꝛ vr̄m in lege sua: ꝛ in pceptis suis: et faciat pacem. Exaudiat dn̄s oꝛones vestras et reconciliet vobis: nec vos deserat in tp̄e malo dn̄s deus v̄r. Grad. Convertere dn̄e aliquantulū: ꝛ depcare sup seruos tuos. ℣. Dn̄e refugiū factus es nobis: a generatione et pꝛogenie. Oro.

Adesto qm̄s dn̄e supplicationibus nr̄is: vt esse te largiēte mereamur: ꝛ inter ꝓspera humiles: ꝛ inter aduersa securi. Per. Lectio libri sapientie.

Misererere nostri deꝰ oim et respice nos ꝛ ostende nobis lucē miserationū tuaꝝ. Et immitte timorē tuū sup gentes que nō exquierūt te: vt cognoscāt q: non est deus nisi tu: vt enarrēt magnalia tua. Alleua manū tuā sup gentes alienas: vt videāt potētiā tuā. Sicut eni in ꝯspectu eoꝝ scificatus es in nobis sic in ꝯspectu nr̄o magnificaberis in illis: vt cognoscāt te sicut et nos cognouimus: q: nō est deus pter te dn̄e Innoua signa: ꝛ immuta mirabilia Glorifica manū: ꝛ bꝛachium dextrū. Excita furoꝛē ꝛ effunde irā. Extolle aduersariū: et affligē inimicū. Festina tp̄s: ꝛ memēto finis. vt enarrēt vniuersa mirabilia tua dn̄e deus noster. Grad. Saluū fac pp̄lm tuū dn̄e ꝛ benedic hereditati tue ℣. Ad te dn̄e clamaui deus meꝰ ne sileas a me: ꝛ ero similis descēdentibus in lacū. Oro.

Actiones nr̄as q̄s dn̄e ꝛ aspirādo pueni ꝛ adiuuādo ꝓsequere: vt cūcta nr̄a operatio ꝛ a te semp incipiat: ꝛ per te cepta finiat. P. Lectio danielis prophete.

Angelus dn̄i descendit cū azaria ꝛ socijs eius in foꝛnacē: et excussit flammā ignis de foꝛnace: et fecit mediū foꝛnacis q̄si ventū roꝛis flantē. Flamma aūt diffusa est sup foꝛnacē cubitis q̄dragintanouē: ꝛ incendit quos reperit iuxta foꝛnacē: de chaldeis ministros regis: qui eā incendebāt. Illos aūt oino nō tetigit ignis: neq: cōtristauit: nec quicq̄ molestie intulit. Tūc hi tres q̄si ex vno oꝛe laudabāt: ꝛ gloꝛificabāt ꝛ bn̄dicebāt deū i foꝛnace dicētes Bn̄dictꝰ es dn̄e ds patrū nr̄oꝝ: ꝛ laudabil' ꝛ gloꝛiosus ꝛ superexaltatus in secl'a. Et benedictū nomē gl'ie tue qđ est sanctū: ꝛ laudabile ꝛ superexaltatū in oibꝰ scl'is. Be

nedictus es in templo sancto glorie tue: et suplaudabilis et supgloriosus in secla. Bndictus es in throno regni tui: et suplaudabilis et supexaltatus in secla. Bndictus es sup sceptru regni diuinitatis tue: et suplaudabilis et supgliosus in scla. Bndictus es q intueris abyssos et sedes sup cherubin: et laudabilis et supexaltatus in scla. Bndictus es qui ambulas sup pẽnas ventoru et sup vndas maris et suplaudabilis et supexaltatus in secula

Benedictus es in firmamento celi et laudabilis et gliosus in scla. Bndicite oia opa dni dno: bndicite celi dno: bndicite angeli dni dno.

Hymnum dicite et supexaltate eu in scla Benedicite aque q sup celos sunt dno: bndicite oes virtutes dni dno: bndicite sol et luna domio.

Hymnu dicite. Bndicite stelle celi dno: bndicite imber et ros dno: bndicite ois spus dei dno. Hymnu Bndicite ignis et estus dno: bndicite noctes et dies dno: bndicite tenebre et lume dno. Hymnu. Bndicite frigus et cauma dno: bndicite pruina et niues dno: bndicite fulgura et nubes dno. Hymnum. Bndicat terra dno: bndicite mõtes et colles dno: bndicite oia nascẽtia terre dno. Hymnu.

Bndicite maria et flumina dno: bndicite fontes domino: bndicite cete et oia que mouent in aquis dno.

Hymnu. Bndicite volucres celi dno: bndicite bestie et vniuersa pecora dno: bndicite filij hoim dno.

Hymnu. Bndicat israel dno: bndicite sacerdotes dni dno: bndicite serui dni dno. Hymnu Benedicite spus et aie iustor dno: bndicite scti et humiles corde dno.

Hymnu. Bndicite anania azaria misael domino Hymnu.

Bndictus es in fir.

Dns vobiscum

Oremus. Flectamus genua.

Eus q tribus pueris mitigasti flãmas ignium: pcede ppitius vt nos famulos tuos no exu-

g

ſat flāma vicioꝝ. Per.

Rñs: Rogamꝰ vos cor ripite inqetos: ꝯſolamini puſillanimes: ſuſcipite infirmos patiētes eſtote ad oēs. Uidete ne qs malū pro malo alicui reddat: ſed ſemꝑ qḋ bonū eſt ſectamini inuicē ꝛ in oēs. Sē per gaudete: ſine intermiſſione orate: in oibus grās agite. Hec eni ē volūtas dī i xp̄o ihū in oibus voƀ. Spiritū nolite extinguere: ꝓphetias nolite ſpernere. Oia autē ꝓbate: qḋ bonū eſt tenete: ab oīni ſpecie mala abſtinete vos. Ipe autē deus pacis ſanctificet vos per omia: vt integer ſpūs veſter ꝛ aia et corpꝰ ſine q̄rela: in aduētu dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ſeruetur.

andate dn̄m oēs gētes: ꝛ collaudate eum oēs ppl̄i. Qm̄ ꝯfirmata ē ſuꝑ nos miſericordia eius: et veritas dn̄i manet in eternū.

In illo tp̄e:

Aſſumpſit ieſus petrū ꝛ iacobū ꝛ ioannē fratrē eius: ꝛ duxit illos in montem excelſum ſeorſum et trāſfiguratus eſt ante eos. Et reſplēduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autē eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyſes et helyas: cum eo loquētes. Reſpōdens aūt petrꝰ dixit ad ieſum. Dn̄e bonū eſt hic nos eſſe. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū moyſi vnū ꝛ helye vnum. Adhuc eo loquēte: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicēs. Hic eſt filius meus dilectꝰ: in quo mihi bene cōplacui: ip̄m audite. Et audiētes diſcipuli: ceciderunt in faciē ſuā et timuerunt valde. Et acceſſit ieſus et tetigit eos: dixitq; eis. Surgite: ꝛ nolite timere. Leuātes autē oculos ſuos neminē viderūt niſi ſolū ieſum. Et deſcēdentibus illis de monte: precepit eis ieſus dicēs. Nemini dixeritis viſionē: donec filiꝰ hoīs a mortuis reſurgat.

omie deus ſalutis mee in die clamaui ꝛ nocte coram te: intret oratio mea in cōſpectu tuo dn̄e. Inclina aurē tuā ad precē meam dn̄e longe feciſti notos meos a me clamaui ad te domine tota die expandi manus meas ad te.

Reſentibus ſacrificiis q̄s dn̄e ieiunia noſtra ſanctifica: vt qḋ obſeruātia nr̄a ꝓfitet extrinſecus:

intriſecus operet. Per.

Domine deus meus in te ſpera ui: libera me ab oibus perſequẽtibus me ⁊ eripe me.

Vos diuino dñe reficis myſterio: ppetuo defende pſidio: ⁊ quos imbuiſti celeſtibus inſtitutis: ſalutarib⁹ comitare ſolacijs. Per dñm.

Fideles tuos dñe benedictio deſiderata confirmet: que eos ⁊ a tua volũtate nunq̃ faciat diſcrepare: et tuis ſemp indulgeat bñficijs gratulari. Per.

Eminiſcere miſerationũ tuarũ dñe et miſericordie tue que a ſeculo ſunt: neunq̃ dominent̃ nobis inimici noſtri: libera nos deus iſrael ex omibus anguſtijs noſtris.

Ad te dñe leuaui animã meã: deus me⁹ in te cõſido nõ erubeſcã.

Eus q̃ ɔſpicis oi nos ṽtute deſtitui: interi⁹ exteriuſq; cuſtodi: vt ab oibus aduerſitatib⁹ muniamur i corpe: ⁊ a prauis cogitatiõib⁹ mundemur in mente. Per.

Fres: Rogamus vos ⁊ obſecramus in dño ihu vt queadmodum accepiſtis a nobis quõ vos oporteat ambulare ⁊ placere deo: ſic ⁊ ambuletis vt abundetis magis. Scitis eni que pcepta dederim vobis: p dñm ieſũ. Hec eſt eni volũtas dei ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos a fornicatione: vt ſciat vnuſq̃ſq; vrm ſuum vas poſſidere in ſanctificatione ⁊ honore non in paſſiõe deſiderij: ſicut ⁊ gẽtes que ignorãt deũ. Et ne qs ſupgrediat̃: neq; circũueniat in negocio fratrẽ ſuũ: qm̃ vindex eſt dñs de his omibus: ſicut pdiximus vobis et teſtificati ſumus. Non eni vocauit nos deus in immundiciã: ſed in ſanctificationẽ. In xpo Ieſu dño nr̃o.

Tribulationes cordis mei dilatate ſunt de neceſſitatib⁹ meis eripe me dñe. Vide humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ: et dimitte oĩa pctã mea.

Dixit dñs mulieri chananee: non eſt bonũ ſumere panem filiorũ: ⁊ mittere canib⁹ ad manducandũ. At illa dixit etiam dñe: nam ⁊ catelli edũt de micis q̃ cadũt de mẽſa dñoꝝ ſuorũ. Ait illi ieſus o mulier magna eſt fides tua fiat tibi ſicut petiſti.

Feria iii.

In illo tpe: Egressus Jesus secessit in partes tyri et sydonis: et ecce mulier chananea a finibus illis egressa: clamauit dicēs ei. Miserere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexat. Qui nō rñdit ei verbū. Et accedentes discipuli eius rogabāt eū dicētes. Dimitte eam: q: clamat post nos. Ipe aūt rñdēs ait. Nō sū missus nisi ad oues que perierūt dom⁹ israel. At illa venit: et adorauit eū dicēs Dñe: adiuua me. Qui rñdēs ait. Nō est bonū sumere panē filiorū: et mittere canibus. At illa dixit. Etiā dñe. Nam et catelli edūt de micis q̄ cadūt de mēsa dñorum suorum. Tūc rñdens ihs ait illi. O mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Off. Meditabor in mādatis tuis q̄ dilexi valde. et leuabo manus meas ad mādata tua que dilexi. Secr. Ecclesie tue dñe munera placat⁹ assume: que et misericors offerenda tribuisti: et in nostre salutis potenter efficis transire mysteriū. Per dn. Co. Intellige clamorē meū: intēde voci orationis mee rex meus et de⁹ me⁹ qm̄ ad te orabo domine. Postco.

Corporis et sāguinis sacrosācti dñe q̄s gr̄a nos sūpta viuificet: et qd̄ mysticis actionib⁹ pollicet: eternis effectibus largiat. Per. Feria iiii. ad missā offi.

Redime me dñe et miserere mei: pes enim meus stetit in via recta: in ecclesijs benedicā dñm. Ps. Judica me dñe qm̄ ego in inocētia mea ingressus sum et in dño sperans non infirmabor. Oratio.

Presta q̄s oḿps deus vt familia tua q̄ se affligēdo carnē ab alimētis abstinet: sectādo iusticiā a culpa ieiunet. Per. Lectio danielis prophete.

In diebus illis: Orauit daniel ad dñm dicēs. Domine deus nr̄ q eduxisti pp̄lm tuum de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomē scdm̄ diē hāc: peccauim⁹ iniqtatem fecim⁹ dñe: in oēs iusticiā tuā Auertat obsecro ira tua: et furor tuus a ciuitate tua hierusalē: et a mōte scō tuo. Propt peccatā eni nr̄a: et iniqtates patrū nostrorum: hirlm̄ et pp̄ls tu⁹ in obprobrium sunt oibus per circuitū nr̄m. Nūc ergo exaudi de⁹ nr̄ orōnē serui tui et preces ei⁹: et ostēde faciē tuā sup sanctuariū tuū qd̄ desertū est.

Propt temetipm inclina de⁹ meus aure tuā ꝛ audi: aperi/ oculos tuos ꝛ vide desolatio nē nr̄am ꝛ ciuitatē sup quā in uocatū est nomē tuum. Neq3 eni in iustificatiōibus nr̄is ꝓsterniinus pces ante faciē tuam: sed in miserationib⁹ tuis multis. Exaudi dn̄e: placare dn̄e: attende et fac. Ne moreris ꝓpter temetipm deus me us quia nomē tuū inuocatu3 est sup ciuitatē et super ppl'm tuū: dn̄e deus noster.

Adiutor meus ꝛ liberator me⁹ esto dn̄e ne tardaueris. Cōfundant ꝛ reuereant qui querūt animā meā. Dn̄e nō secundū

Secūdū Iohannem

In illo tpe: Dixit Jesus turbis iudeoꝝ. Ego vado ꝛ q̄ritis me: ꝛ in pctō vr̄o moriemini. Quo ego vado: vos nō potestis venire. Dicebant ergo iudei. Quo iturus est hic: ꝛ nō inueniem⁹ eū? Nūqd in dispersionē gentiū iturus est ꝛ docturus gētes? Dicebāt ergo. Nunqd interficiet semet ipm: q: dicit q̄ ego vado: vos non potestis venire. Et dicebat eis. Uos de deorsu3 estis Ego vero de superius sū. Uos de mūdo hoc estis: ego nō sū de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: q: moriemini in peccatis vestris. Si eni3 nō credideritis q: ego sum: moriemini in peccato vr̄o. Dicebāt ergo ei iudei. Tu qs es? Dicit eis iesus. Principiū q ꝛ loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui ꝛ iudicare: sed qui misit me verax est. Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mūdo. Et nō cognouerūt q: prē3 ei⁹ dicebat deū. Dixit ergo eis iesus. Cū exaltaueritis filiū hominis: tūc cognoscetis q: ego sum. Et a meipso facio nihil: sed sic docuit me pr̄ hec loqr. Et q misit me mecū est: ꝛ non reliquit me solū. Quia ego q̄ placita sunt ei facio semper.

Offer. Benedicā dn̄m qui tribuit mihi intellectū: prouidebā deum in cōspectu meo semp: qm̄ a dextris est mihi. Conserua me dn̄e qm̄ in te speraui: ego dixi deus meus es tu: dn̄s pars hereditatis mee.

Sec. Hec hostia qm̄s dn̄e placationis ꝛ laudis tua nos ꝓpitiatione dignos efficiat. P.

Co. Dn̄e dn̄s noster q̄3 admirabile est nomen tuū in vniuersa terra.

Pc. Hec nos cōmunio dn̄e purget a crimie ꝛ celestis remedij faciat eē cōsortes. Per.

Adesto supplicationib⁹ nr̄is omps deus: ꝛ qui

bus fiduciā sperāde pietatis indulges: consuete misericor die tribue benign⁹ effectū. P.

Ibi dixit cor meū q̄ sui vultū tuū: vultū tuū dn̄e requirā ne auertas faciē tuam a me Dn̄s illuminatio mea et salus mea quem timebo.

Perfice q̄s dn̄e benign⁹ in nobis obseruātie scītē subsidiū: vt que te auctore faciēda cognouimus: te operante impleamus. Per.

In diebus illis: Fact⁹ est sermo dn̄i ad heliā thesbitē dicēs. Surge et vade in sareptā sydonior: et manebis ibi. Precepi eni ibi mulieri vidue vt pascat te. Surrexit helyas et abijt in sareptā. Cūq; venisset ad portaz ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligēs ligna. Et vocauit eaz dixitq; ei. Da mihi paululū aque in vase: vt bibā. Cūq; illa pgeret vt afferret: clamauit post terguz eius dicens. Affer mihi obsecro et buccellā panis in manu tua. Que respōdit. Viuit dn̄s deus tuus q: nō habeo panē: nisi quantuz pugillus capere pōt farine in hydria: et paululū olei in lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar et faciam illud mihi et filio meo: vt comedamus et moriamur. Ad quā helyas ait. Noli timere: sed vade et fac sicut dixisti. Verūtamē mihi pmū fac de ipsa farinula subcinericiū panem paruulū: et affer ad me. Tibi autē et filio tuo facies postea. Hec aūt dicit dn̄s de⁹ isrl: hydria farine nō deficiet: nec lechitus olei minuet: vsq; ad diem in qua datur⁹ est dn̄s pluuiaz sup faciē terre. Que abijt et fecit iuxta verbū helye: et comedit ipse et illa et domus ei⁹. Et ex illa die ydria farine nō deficit: et lechitus olei non est imminutus iuxta verbū dn̄i: qd̄ locutus fuerat in manu helye. [illegible] acta cogitatū tuum in dn̄o et ipse te enutriet. Duz clamarē ad dn̄m exaudiuit vocē meam: ab his q̄ approspinquant mihi.

In illo tpe: Locutus est iesus ad turbas et ad discipulos suos dicens. Sup cathedrā moysi sederūt scribe et pharisei. Omnia ergo quecūq; dixerint vobis seruate et facite. Scd̄m vero opa eorū nolite facere. Dicūt eni et nō faciunt. Alligāt eni onera grauia et importabilia: et ponunt in humeros hominū: di

gito aūt suo nolūt ea mouere
Oia vero opa sua faciūt: vt vi
deant ab hoib⁹. Dilatant eni
philateria sua: ⁊ magnificant
fimbrias Amant aūt primos
recubitus in cenis: ⁊ primas
cathedras in synagogis et sa/
lutationes in foro: ⁊ vocari ab
hoibus rabbi. Vos aūt noli/
te vocari rabbi: vn⁹ est enim
magister vester. Oēs eni vos
frēs estis. Et patrē nolite vo/
care vobis sup terrā. Unus est
eni pater vester: q in celis est.
Nec vocemini magistri: quia
magister vester vnus est xp̄s
Qui maior est vr̄m: erit mini
ster vester. Qui aūt se exalta/
uerit humiliabit: ⁊ q se humi
liauerit: exaltabitur.
Miserere mihi dn̄e secundū ma
gnam misericordiā tuā: dele dn̄e
iniquitatē meam. Quoniā ini
quitatē meā ego cognosco: ⁊ de/
lictū meū corā me est sp.
Sanctificationē tuā nob
dn̄e his mysterijs placa
tus opare: que nos et a terre/
nis purget vitijs: ⁊ ad celestia
dona pducat. Per do.
Narrabo oia mirabilia tua: leta
bor ⁊ exultabo in te: psallam noi
tuo altissime.
Sit nobis dn̄e q̄s medici
na mētis ⁊ corpis qd̄ de sc̄o al
tari tuo percepimus: vt nullis
aduersitatibus fatigemur: q
tāti remedij participatiōe mu
nimur. Per.
Propiciare dn̄e supplica
tionibus nr̄is: ⁊ animar
nr̄arū medere lāguoribus: vt
remissione pcepta: in tua sem
per bn̄dictione letemur. Per
Ne derelinquas me
dn̄e deus meus ne
discedas a me: in/
tēde in adiutorium
meū dn̄e virtus salutis mee.
Domie ne in furore tuo arguas
me: neq3 in ira tua corripias me.
Populū tuū q̄s dn̄e
ppitius respice: ⁊ q̄s ab
escis carnalibus p̄cipis absti
nere: a noxijs q̄q3 vitijs cessare
pcede. Per.
In diebus illis:
Orauit hester ad dn̄z di
cēs. Dn̄e de⁹ rex ops in ditio/
ne tua cūcta sūt posita: et nō ē
q possit tue resistere volūtati.
Si decreueris saluare nos cti
nuo liberabimur. Tu eni dn̄e
fecisti celū ⁊ terrā: ⁊ qcqd celi
ambitu cōtinet. Dn̄s omniū
tu es: nec est qui resistat volū
tati tue. Et nunc dn̄e rex regū
deus abraā miserere populo
tuo: quia volunt nos inimici
nostri pdere: et hereditatē tu/
am delere. Ne despicias par/

tem tuā quā redemisti de egy
pto: sed exaudi deprecationē
nostrā: ꝛ ꝓpitius esto sorti et
funiculo hereditatis tue. Et
conuerte luctū nostrū in gau/
dium: vt viuentes laudemus
nomē tuū. Et ne claudas ora
canentiū te: dñe deus noster.
aluū fac pplm tuū dñe
et benedic hereditati tue. Ad
te dñe clamaui deus meus ne si/
leas a me: ꝛ ero similis descēden
tibus in lacū. De necessi/
tatibus meis

N illo tpe: Ascendēs ie/
sus hierosolymā: assum/
psit duodecim discipulos su/
os secreto ꝛ ait illis. Ecce ascē
dimus hierosolymā: et filius
hois tradet pncipibus sacer/
dotū ꝛ scribis: et cōdēnabunt
eū morte. Et tradēt eū gētibus
ad illudendū: ꝛ flagellandū: ꝛ
crucifigendū: et tertia die re/
surget. Tūc accessit ad eū mr
filiorū zebedei cum filijs suis:
adorās ꝛ petēs aliquid ab eo
Qui dixit ei. Quid vis? Ait il
li. Dic vt sedeant hi duo filij
mei: vnus ad dexterā tuā et vnus
ad sinistrā in regno tuo. Rñ/
dēs aūt ihs dixit. Nescitis qd
petatis. Potestis bibere cali
cē quē ego bibiturus sū? Di
cūt ei. Possumus Ait illis Ca/
licē quidē meū bibetis: sede/
re aūt ad dexterā meā ꝛ ad si/
nistrā: non est meū dare vobis
sed quibus paratū est a patre
meo. Et audientes decē indi/
gnati sunt de duobus fratribus
Jesus aūt vocauit eos ad se ꝛ
ait. Scitis quia principes gē
tiū dominant eorū: et qui ma/
iores sunt: potestatē exercent
in eos? Non ita erit inter vos
Sed quicunq; voluerit inter
vos maior fieri: sit vester mi/
nister. Et quicūq; voluerit in
ter vos primus esse: erit vester
seruus. Sicut filius hois nō
venit ministrari sed ministra
re: ꝛ dare aiam suā in redem
ptionem pro multis. Offer.

d te dñe leuaui aiam meā de'
meus in te cōfido nō erubescā: ne
q; irrideāt me inimici mei: etenī
vniuersi q te expectāt nō cōfundē
tur. Respice in me ꝛ miserere
mei dñe custodi aiā; meā ꝛ eripe
me: nō cōfundar qm̄ inuocaui te.

Ostias dñe q̄s ti/ Se
bi offerimus ꝓpitius respi
ce: ꝛ p hec sacrosctā cōmercia
vincula peccatorū nrorū absol
ue. P. ustus dñs ꝛ iusti
cias dilexit eqtatē vidit vultus eius

Rosit nobis
dñe q̄s mysterij frequē
tata pceptio: vt a vetustatis cō
ditione purgati: ad tue noui
tatis incremēta tēdamus. Per.

Super populum Oratio
Deus innocētie restitu/
tor z amator: dirige ad te tuo/
rum corda seruorū vt spiritus
tui feruore cōcepto: et in fide
inueniant stabiles: et in ope/
re efficaces. Per d. In vnita/
te eiusdē. Feria .v. Officium.
Deus in adiutorium
meū intēde dñe ad
adiuuandū me fe/
stina: cōfundant z
reuereant inimici
mei q querūt aīam meā. Ps. Auer
tant retrorsum z erubescāt: qui
volunt mihi mala. Oratio
Presta nobis q̄s dñe au
xiliū gratie tue: vt ieiuniis et
orationibus cōuenienter intēti:
liberemur ab hostibus mētis
et corporis. Per dñm. Lectio
Hieremie prophete.
In diebus illis. Locutus
est hieremias propheta dicens
Maledictus homo q cōfidit
in hoīe z ponit carnē brachiū
suū: z a dño recedit cor eius.
Erit enim quasi myrice i deser
to: z nō videbit cū venerit bo
nū sed habitabit in siccitate i
deserto: in terra salsuginis et
inhabitabili. Bñdictus vir
qui cōfidit in dño: z erit dñs fi
ducia eius. Et erit quasi lignū
qd trāsplantat sup aquas: qd
ad humorē mittet radices su/
as: et nō timebit cum venerit
estus. Et erit foliū eius viride
et in tpe siccitatis nō erit solli
citū: nec aliqñ desinet facere
fructū. Prauū est cor hoīs et
inscrutabile: qs cognoscet il/
lud? Ego dñs scrutans corda
z pbans renes: q do vnicui/
q; iuxta viā suā: z iuxta fructū
adinuētionū suar. Dicit dñs
ops. Grad. Propitius esto dñe
pctis nr̄is: neqñ dicāt gētes vbi
est deus eor. V. Adiuua nos de
us salutaris noster: z ppter ho/
norem nois tui dñe libera nos.
Scdm Ioannem. v. cap.
In illo tpe: Dixit iesus
turbis iudeor. Non possum
ego a meipso facere quicq̄:
sed sicut audio iudico. Et iu/
diciū meū iustū est: qz nō q̄ro
volūtatē meā: sed volūtatem
eius qui misit me. Si ego te
stimoniū phibeo de me: testi
moniū meū nō est verū. Alius
est qui testimoniū phibet de
me: z scio qz verū ē testimoni/
um qd phibet de me. Uos mi
sistis ad ioannē: z testimoniū
phibuit veritati. Ego aūt nō
ab hoīe testimonium accipio:
sz hec dico vt vos salui sitis. Il
le erat lucerna ardēs: z lucēs
vos aūt voluistis ad horā ex/
ultare in luce eius. Ego autē
habeo testimoniū maius ioa

ne. Opera eni que dedit mi/
hi pater vt pficiā: ea ipsa opa
que ego facio testimoniū phi
bēt de me q: pr me misit Et q
misit me pr: ipse testimoniū
phibet de me. Neq; vocē ei⁹
vnq̄ audistis: neq; speciē ei⁹
vidistis. Et verbū eius nō ha
betis in vobis manēs: q: quē
misit ille: huic vos nō credi/
tis. Scrutamini scripturas in
qbus putatis vos vitā eternā
habere: ⁊ ille sunt q̄ testimo/
niū phibēt de me. Et nō vul/
tis venire ad me: vt vitā eter
nū habeatis. Claritatē ab ho
minib⁹ nō accipio: sed cogno
ui vos q: dilectionē dei nō ha
betis in vobis. Ego veni in
noie p̄ris mei: ⁊ nō accepistis
me. Si alius venerit in noie
suo: illū accipietis. Quō vos
potestis credere qui gloriā ab
inuicē accipitis: et gloriā q̄ a
solo deo est nō q̄ritis? Nolite
ergo putare q: ego accusatu/
rus sum vos apud patrē: est q
accusat vos moyses: i quo vos
spatis. Si eni crederetis moysi
Charissimi: Estote pru/dentes: ꝛ vigilate in orationi bus. Ante oīa aūt mutuaꝫ in vobismetipsis charitatē cōti/nuā habentes: quia charitas operit multitudinē peccatoꝝ Hospitales inuiceꝫ sine mur/muratiōe. Unusq̄sq̄ꝫ sicut ac/cepit gratiā in alterutrū illaꝫ administrantes: sicut boni di spensatores multiformis grē dei. Si q̄s loquit: quasi s̄mo/nes dei. Si q̄s ministrat: tan/q̄ꝫ ex virtute quā administrat deus: vt in oībus honorificet

deus. Per iesū xp̄m dominū
nostrū. [illegible] lla. Regnabit dn̄s
sup oēs gentes deus sedet super
sedē sanctā suam. lla. Non
vos relinquā orphanos vado et
venio ad vos ⁊ gaudebit cor ve/
strum.

In illo tp̄e: Di. ie. di. su.
Cū venerit paraclytus quem
ego mittā vobis a patre spiri/
tuz veritatis qui a patre p̄ce/
dit: ille testimonium perhibe
bit de me. Et vos testimoniū
phibebitis: q: ab initio mecū
estis. Hec locutus suz vobis
vt nō scandalizemini. Absq3
synagogis faciēt vos. Sed ve
nit hora: vt oīs qui interficit
vos: arbitref obsequiū se pre
stare deo. Et hec faciēt vobis
quia nō nouerūt patrem neq3
me. Sed hec locutus sum vo
bis: vt cū venerit hora eoꝝ re
miniscamini quia dixi vobis
[illegible] auda aia mea dn̄m:
laudabo dn̄m in vita mea psallā
deo meo q̄diu ero alla.

Presta q̄s ops deus: vt
hanc tibi hostiā in eius
corpus ⁊ sanguinē placabili/
ter offeramus: quē sedentez a
dextris virtutis tue: etiā pro
nobis interpellare cōfidim⁹:
dn̄m nostrū iesum xp̄m filiuz
tuū. Qui tecum. ster

cum essem cuz eis ego seruabā
cos quos dedisti mihi alla: nunc
autē ad te venio: nō rogo vt tol/
las eos de mundo: sed vt serues
eos a malo all. alla. Postcōic.

Presta q̄s ops deus: vt
per hec sacrosancta cō/
mertia in totius ecclesie cōsi/
damus corpore faciendū: qd
eius precessit in capite. P eū.
[illegible] cum regimin
[illegible] dn̄ica cueneri
[illegible] fiat de festo:
[illegible] in capitulo d
[illegible] super Kyriel.
Gloria in excel. Sanctus.
Agnus dei. [illegible] in festo
[illegible] regimine cho
Alla. Regnabit.
[illegible] de festo eri
Alla. Non vos. [illegible]
[illegible] is. Et etiā
Alla. [illegible] astino octaue
de sancta m
[illegible] trinitiuz.
[illegible] dn̄i ad mi
[illegible] it in die m
[illegible] sine seque
Credo. [illegible] ria sexta
[illegible] sancta maria
[illegible] mie chori
[illegible] a pēt [illegible]
[illegible] ad altare
[illegible] ono ⁊ ce
[illegible] a in sol
[illegible] gilia pa

confessione [illegible]
P: noster. [illegible]
a digniori[illegible]
cellinita ad grad[illegible]
titulis. Genesis xxij. Lec

TEmptauit deus abraaz ꝛ dixit ad euz. Abraam abraã. At ille rñdit. Assũ. Ait illi. Tolle filiũ tuũ vnigenitũ quẽ diligis isaac: ꝛ vade in terram visiõis: atq; offeres eum ibi in holocaustũ sup vnũ mõtiũ quẽ mõstrauero tibi. Igitᷣ abraã de nocte cõsurgẽs: strauit asinũ suũ ducens secũ duos iuuenes: ꝛ isaac filiũ suuz. Cumq; cõcidisset ligna in holocaustũ: abijt ad locuz quem preceperat ei deus. Die autẽ tertia: eleuatis oculis vidit locuz procul: dixitq; ad pueros suos. Expectate hic cũ asino: ego ꝛ puer illuc vsq; properãtes: postq̃ adorauerimus: reuertemur ad vos. Tulit quoq; ligna holocausti ꝛ imposuit sup isaac filiũ suũ: ipse vero portabat i manib᷒ ignẽ ꝛ gladiũ. Cumq; duo pgerẽt simul dixit isaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis ꝛ ligna: vbi ẽ victima holocausti? Dixitq; abraaz. Deus ꝓuidebit sibi victimã holocausti fili mi Pergebant ergo pariter: venerũtq; ad locũ quẽ ostenderat ei deus In quo edificauit altare: ꝛ desuper ligna cõposuit. Cũq; colligasset isaac filium suũ: posuit euz in altari super struem lignorũ. Extenditq; manũ ꝛ arripuit gladiũ vt immolaret filiũ suũ. Et ecce angelus dñi de celo clamauit dicens. Abraam abraam. Qui respondit. Assum. Dixitq; ei. Ne extendas manũ tuã super puerum: neq; facias illi quicq̃. Nunc cognoui q; timeas deuz: ꝛ non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit abraam oculos suos viditq; post terguz arietem inter vepres herentẽ cornibus: quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitq; nomen loci illius: dominus videt: vnde vsq; hodie dicitur in monte domin᷒ videbit. Uocauit autez angelus domini abraam secundo de celo: dicens. Per memetipsum iuraui dicit dominus: quia fecisti rem hanc: ꝛ nõ pepercisti filio tuo vnigenito ꝑpter me: benedicam tibi: et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi: ꝛ velut arenaz que est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorũ suoruz: ꝛ benedicentᷣ

in semine tuo oēs gētes terre qꝛ obedisti voci mee. Reuersus est abraā ad pueros suos abieruntqꝫ bersabee simul et habitauit ibi.

Dñs vobiscū.

Eus q i abrae ꝛem⁹ famuli tui opeꝛ humano generi obedientie exēpla pꝛebuisti: cōcede nobis ⁊ nr̄e voluntatis pꝛauitatē frāgere ⁊ tuoꝝ pꝛeceptoꝝ rectitudinē in oibus adimplere. p.

Scripsit moyses canticū.

Attende celū.

Dñs vobiscū.

Oꝛemus.

Eus qui es glorificatio fideliū: ⁊ vita iustoꝛum qui p moysen famulū tuū nos quoqꝫ modulatione sacri carminis erudisti: vniuersis gentibus misericoꝛdie tue mun⁹ operare: tribuendo beatitudinē: auferendo terroꝛē: vt qđ pnunciatū est ad suppliciū: in remediū transferaꝛ eternū. p.

Appꝛehēdent septē mulieres.

Uinea facta est.

Eus q nos ad celebrandam hanc pꝛesentē festiuitatē vtriusqꝫ testamēti paginis instruis: da nobis intelligere misericoꝛdias tuas: vt ex perceptiōe pꝛesentiū numeriū firma sit expectatio futuroꝝ. p.

Udi isrl̄ mādata vite: aurib⁹ pcipe vt scias pꝛudētiā. Quid est israel qꝛ in terra inimicoꝝ es? Inueterasti in terra aliēa coinqnatus es cū moꝛtuis: deputatus es cū his q in iferno sunt: dereliqsti fontē sapiētie. Nā si in via dei ambulasses: habitasses vtiqꝫ in pace super terrā. Disce vbi sit sapientia: vbi sit virtus: vbi sit pꝛudētia vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit lōgiturnitas vite ⁊ victus: vbi sit lumē oculoꝝ ⁊ pax. Quis inuenit locū eius: ⁊ qs introiuit i thesauros ei⁹ Ubi sunt pꝛincipes gentiū ⁊ qui dñantur sup bestias q̄ sūt in terra? Qui in auibus celi ludūt: qui argentū thesaurizāt ⁊ aurū in quo ꝯfidūt hoīes: et nō est finis possessiōis eoꝝ. Qui argentū fabꝛicant ⁊ solliciti sunt: nec est inuētio opeꝝ illoꝝ. Et tñ exterminati sunt ⁊ ad inferos descēderūt: ⁊ alij in locū illoꝝ surrexerūt Iuuenes viderūt lumē ⁊ habitauerunt sup terrā. Uiā autē disciplīne nescierunt: neqꝫ intellexerūt semitas eius: neqꝫ susce

perunt eā filij eoꝝ. A facie eo
rū longe facta est. Non est au
dita in chanaan: neqꝫ visa est
in themā. Filij quoqꝫ agar q
exqsierūt prudētiā q̄ de terra
est: negociatores terre ꝛ the
man ꝛ fabulatores: ꝛ exqsito
res prudētie ꝛ itelligētie. Ui
am aūt sapientie nescierūt: ne
qꝫ meminerūt semitarū eius.
O israel q̄ꝫ magna est dom⁹
dei: ꝛ ingens locus possessio
nis eius. Magnus ꝛ nō hꝫ cō
summatiōeꝫ: excelsus ꝛ imē
sus. Ibi fuerūt gigātes noia
ti: illi q ab initio fuerūt statu
ra magna sciētes bellū. Non
hos elegit dn̄s: neqꝫ viā disci
pline inuenerūt: ꝓpterea pe
rierūt. Et qm̄ nō habuerūt sa
pientiā: interierūt ꝓpter suaꝫ
insipientiā. Quis ascēdit in ce
lū: ꝛ accepit eā: ꝛ eduxit eā de
nubibus? Quis transfretauit
mare ꝛ inuenit eā: ꝛ attulit eā
sup aurū electū? Non est qui
sciat viā eius: neqꝫ qui excogi
tet semitas eius. Sed qui scit
vniuersa nouit illā: ꝛ adinue
nit illā prudentia sua. Qui ꝑ
fecit terrā in sempiterno tem
pore: ꝛ adimpleuit eā pecudi
bus ꝛ q̄drupedib⁹. Qui emit
tit lucē ꝛ vadit ꝛ vocauit eā ꝛ
obediuit illi in tremore. Stel
le aūt dederunt lumē in custo
dijs suis ꝛ letate sunt. Uoca
te sunt ꝛ dixerūt Adsum⁹. Et
luxerūt ei cū iocūditate qui fe
cit illas. Hic est de⁹ noster ꝛ
nō estimabit ali⁹ ad illū. Hic
adinuenit oēm viā discipline
ꝛ dedit illaꝫ iacob puero suo:
ꝛ israel dilecto suo. Post hec
sup terrā visus est: ꝛ cū hoib⁹
cōuersat⁹ est.

Deus qui nobis per pro
phetarū ora p̄cepisti tempora
lia relinquere atqꝫ ad eterna
festinare: da famulis tuis: vt
q̄ a te iussa cognouim⁹: iplere
celesti ispiratiōe valeam⁹. Per
Sicut ceruus.

Per do. Oremus.

Concede q̄s ops de⁹: vt
qui solennitatē doni scti
spūs colimus: celestib⁹ deside
rijs accensi: fontē vite sitiam⁹
Dn̄m nr̄m iesuꝫ xp̄m filiū tuū

Omnipotēs sem
piterne de⁹: qui pascale
sacramentū quiquaginta die
rū voluisti mysterio cōtineri
presta q̄s: vt gentiū facta dis
ꝑsio diuisione linguarum: ad
vnā cōfessionē tui nois celesti
munere cōgreget.

Rex sctoꝝ.
kyrieł.
Confiteoꝛ.
Glia in excelsis.

Dñs vobiscũ
Resta q̃s ops deus: vt claritatis tue sup nos splẽdoꝛ effulgeat: ⁊ lux tue lucis coꝛda eoꝝ q per gratiã tuã renati sunt sanctispũs illustratiõe cõfirmet. Per. in vnitate spi.

In diebus illis. Factũ ẽ cũ apollo eẽt coꝛinthi ⁊ paulꝰ peragratis superioꝛibꝰ partibus veniret ephesuz: ⁊ inueniret quosdã discipulos: dixit q3 ad eos. Si spiritũ scm̃ accepistis credentes? At illi dixerunt ad euz. Sed neq3 si spũs sanctus est audiuimꝰ. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In iohãnis baptismate. Dixit ãt paulus. Johãnes baptizauit baptismo penitẽtie pplm̃: docẽs in eum qui vẽturus esset post ipsum vt crederẽt: hoc est i iesuz. His auditis: baptizati sũt in noie dñi iesu. Et cũ iposuisset illis manus paulus: venit spũs scũs sup eos: ⁊ loquebãtur linguis ⁊ pꝛophetabant. Erant aũt oẽs viri: fere duodeci. Introgressus aũt synagogã cũ fiducia loquebaṫ ꝑ tres menses. Disputãs ⁊ suadens de regno dei.

Alla. Confitemini. Laudate dñm

In illo tpe: Di. ie. di. su. Si diligitis me: mãdata mea seruate. Et ego rogabo pꝛem ⁊ aliũ paraclytuz dabit vobis vt maneat vobiscuz in eternũ: spm̃ veritatis quẽ hic mundus nõ põt accipe: q: nõ videt eũ nec scit eũ. Uos autẽ cognoscetis euz: q: apud vos manebit ⁊ in vobis erit. Nõ vos relinquã oꝛphanos veniam ad vos. Adhuc modicũ: ⁊ mũdus me iã nõ videt. Uos aũt videtis me: q: ego viuo: ⁊ vos viuetis. In illo die vos cognoscetis q: ego suz in pꝛe meo: ⁊ vos in me: ⁊ ego in vobis. Qui h3 mandata mea et seruat ea: ille est q diligit me Qui aũt diligit me: diligetur a pꝛe meo. Et ego diligã eum ⁊ manifestabo ei meipsũ.

Credo. mitte spiritũ tuũ ⁊ creabunṫ ⁊ renouab. s faciẽ terre sit glia dñi in scła al.
Hostias ppli tui

qs dñe miseratus intēde: ꝛ vt tibi reddāt accepte: ꝯsciētias nr̃as scīspūs salutaris emūdet aduētus. p. in vni. eius.

Sanct⁹

Agnus

Ultimo festiuitatis die dicebat iesus qui in me credit flumīa de vētre ei⁹ fluēt aq̄ viue hoc aūt dixit de spū quē accepturi erāt credētes in eū all'a all'a.

Presta q̄s ops deus: vt spūs sanctus adueniens maiestatē nobis filij tui manifestando clarificet. p eundē



Pirit⁹ dñi repleuit orbem terrarū all'a: et hoc qđ cōtinet oīa sciētiā hꝫ vocis all'a all'a all'a.

Exurgat deus ꝛ dissipent inimici ei⁹: ꝛ fugiāt q oderūt eū a facie eius.

Eus q hodierna die corda fidelium scī spūs illustratiōe docuisti: da nobis in eodē spū recta sape: ꝛ de eius sp ꝯsolatione gaudere. p.

In dieb⁹ illis: Dū cōplerētur dies penthecostes: erāt oēs discipuli pariter in eodē loco. Et factus est repēte de celo sonus tanq̄ȝ aduenientis spūs vehemētis: ꝛ repleuit totā domū vbi erāt sedētes. Et apparuerūt illis dispartite lingue tanq̄ȝ ignis: seditq̄ȝ supra singulos eoꝝ: ꝛ repleti sunt oēs spū scō: ꝛ ceperunt loqui varijs linguis, ꝓut spūs sanct⁹ dabat eloq̄ illis. Erant aūt in hierl'm hitantes iudei viri religiosi: ex oī natiōe que sub celo est. Facta aūt hac voce ꝯuenit multitudo ꝛ mente cōfusa est: qm̄ audiebat vnusquisq̄ȝ lingua sua illos loquētes. Stupebant aūt oēs: ꝛ mirabātur ad inuicē dicētes. Nōne ecce oēs isti q loquūtᷣ galilei sūt? Et q̄o nos audiuim⁹ vnusq̄sq̄ȝ linguā nr̄aȝ in q̄ nati sum⁹? Parthi: ꝛ medi ꝛ elamite: ꝛ q habitant mesopotamiā: iudeā ꝛ capadociā: pontū ꝛ asiā: phrigiā ꝛ pāphiliaȝ egyptū ꝛ ptes lybie: q̄ est circa cyrenē: ꝛ aduene romani. Judei quoq̄ȝ ꝛ ꝓseliti: cretes ꝛ arabes. Audiuimus eos loquētes nr̄is liguis magnalia dei. All'a. Emitte spm̄ tuū et creabūtᷣ: ꝛ renouabis faciē terre All'a. Spūs scūs, ꝓcedēs a trono apostoloꝝ pectora inuisibili hodie ꝑlustrauit potētia.

Ancti spūs assit nobis
grã. ue corda nostra
sibi faciat habitacula xpul
sis inde cūctis viciīs spirituali
bus. pirit⁹ alme illustrator
omniū. orridas nostre mē
tis purga tenebras. mator
sancte sensatorū semꝑ cogita
tuū. nfunde vnctiōem tuā
clemēs nostris sensibus. u
purificator oium flagitiorum
spūs. urifica nostri oculū
interioris hois. t videri su
prem⁹ genitor possit a nobis.
undi cordis quē soli cerne
re possunt oculi. rophetas
tu inspirasti: vt pconia xpi p
cinuissent inclyta. plos tu
cōfortasti vt tropheū xpi per
totū mūdū veheret. uādo
machinā per verbū suū fecit
de⁹ celi terre mariū. u sup
aq̄s fotur⁹ eas numē tuū expā
disti spus. u aiab⁹ viuificā
dis aq̄s fecūdas. u aspiran
do das spirituales eē homies.
u diuisum p linguas mun
dū ꝛ ritus adunasti domine.
dolatras ad cultū dei reuo
cas magistrorū optime. rgo
nos supplicātes tibi exaudi p
pitius scē spūs. ine quo p
ces oēs casse reddunt ꝛ indi
gne dei aurib⁹. u q oiuz se
culorū scōs. ui nois documisti
nstinctu amplectēdo spiritus
ipse hodie aplos xpi. Do
nans munere insolito ꝛ cūctis
inaudito seculis. unc diē
gloriosū fecisti. Sc̄m ioānē
In illo tpe: dixit ihūs. ca.
ic. di. s. Si qs diligit me
sermonē meū seruabit. Et pr
meus diliget eū: ꝛ ad eū venie
mus ꝛ māsionē apud eū facie
mus. Qui nō diligit me: smo
nes meos nō seruat. Et smo
nē quē audistis nō est me⁹: s
eius q misit me pris. Hec lo
cutus sū vobis: apud vos ma
nēs. Paraclytus aūt spūs san
ctus quē mittet pr i noie meo
ille vos docebit oia: ꝛ sugge
ret vobis oia q̄cūq; dixero vo
bis. Pacē relinquo vobis pa
cem meā do vobis. Non quō
mūdus dat: ego do vob. Nō
turbet cor vrm neq; formidet
Audistis q: ego dixi vobis:
vado ꝛ venio ad vos. Si dili
geretis me gauderetis vtiq;
q: vado ad prem q: pr maior
me est. Et nūc dixi vobis pri
usq̄ fiat vt cū factū fuerit cre
datis. Iā nō multa loq̄r vobis
cū. Uenit eni princeps mūdi
huius: ꝛ in me nō h; quicq̄.
Sed vt cognoscat mūdus q:
diligo prem: ꝛ sicut mādatū
dedit mihi pr: sic facio. Offe.
Cōfirma hoc de⁹ qd opat⁹ es i
nobis a tēplo tuo qd ē in hierl'm

ibi offerēt reges mūera al'.

Unera qs̄ dn̄e obla/ta sc̄tifica: ⁊ corda nostra scti spūs illustratiōe emūda. Per. In vni. eius.

Qui ascendēs.

Hodierna die.

Cōicātes. Hāc igit'.

actus est repēte de celo son⁹ aduemētis spiritus ve/hemētis vbi erāt sedetes all'a: ⁊ repleti sunt oēs spiritu scō loquētes magnalia dei all'a al'.

ancti spiritus dn̄e corda nr̄a mūdet infusio: ⁊ sui roris intima asp̄sione fecūdet Per. In vnita. eius.

Ibauit eos ex adipe frumēti all'a: et de petra melle saturauit eos all'a all'. all'. Exultate deo adiutori nr̄o iubilate

Eus q deo iacob. apl'is tuis sanctū dedisti spiritū ꝯcede plebi tue pie petitionis effectū: vt qbus dedisti fidē largiaris ⁊ pacē. per In vnita. eius.

In dieb⁹ illis

Aperiēs petrus os suū dixit. Viri fratres ⁊ p̄res: nobis p̄cepit dn̄s p̄dicare pp'lo ⁊ testificari: quia ip̄e ē q cōstitutus est a deo iudex viuorū ⁊ mortuoꝝ. Huic oēs ꝓphete testimoniū perhibēt remissionē pctōꝝ accipere p nomē ei⁹ oēs qui credūt in eū. Adhuc loquēte petro verba hec cecidit spūs sanctus sup oēs q audiebāt verbū. Et obstupuert ex circūcisione fideles q venerāt cū petro: quia ⁊ in natiōes gr'a spūs sancti effusa est. Audiebāt eni illos loquētes linguis ⁊ magnificātes deū. Tūc respōdit petrus. Nūqd aquā quis ꝓhibere potest vt nō baptizent hi q spiritū sanctū acceperūt sicut ⁊ nos? Et iussit eos baptizari: in noie dn̄i nr̄i iesu xp̄i. All'a. Emitte sp̄m.

All'a. Paraclitus spūs scūs quē mittet pater i noie meo ille vos docebit oēm veritatē

Sonet sacramēta iā turma diua symphonia. epleta gaudia ꝓmissa e celo reddita. nvnū cōgregata apl'oꝝ phalanx p̄clara expectās munera. epēte vox diuina paraclitū nūciat decorās sanctoꝝ viscera. anc oi lingua nōnulla mysteria dei q; magnalia. antica diuina nō cessat reboare eius ca/

teɼua queqꝫ. Deus oıs aruı te laudat sol ꝛ luna concrepat vsya cũcta celica ꝛ ꝓfunda flu mina e psallat tellus alma: sydera cũcta clara iubilat ado rat armat redẽpta ois quoqꝫ anima. tupẽs iudea hec in quit execranda concio ista vi no est repleta mustiqꝫ crapu la bacho plenos deputat re pletos gratia. umẽs hec pe trus diuina mysteria: supat obdurata corda illa ꝛ fore af firmat vaticinia iohelis de hoc ꝑdicta. uãs anima nũc nr̃a boat carmia deuota: quo suscipiat celestia habitacula. angat ois chorda nr̃a san cta ꝑconia tua vt semꝑ pia ꝑ cipiat carismata. mnẽ hác merá suscipe melodiãvt que am⁹ scãdere luciflua ꝛ tua cel sa ꝛ decora vranica. udũ sa crata imbuisti pectora: nunc nos reple lũine polorũue gau dia cedas ꝑpetua atqꝫ regna. e decet laus ꝑ tẽpora ꝛ glo ria syderea o sanctũ neuma. u aias ꝛ corpora nr̃a chri ste possideas i sempiterna do xa.

In illo tꝑe: Dixit iesus cuidã principi pharis͛eoꝝ Sic deus dilexit mundũ: vt filiũ suũ vnigenitũ daret: vt ois q credit in eũ nõ ꝑeat sꝫ habeat vitã eternã. Nõ eni misit de⁹ filiũ suũ in mundũ ꝛ iudicet mundũ: sed vt saluet mũd⁹ ꝑ ipm. Qui credit in eũ nõ iudi cat. Qui aũt nõ credit iá iudi cat⁹ est: qꝛ nõ credit i noie vni geniti filij dei. Hoc est aũt iu diciũ: qꝛ lux venit in mundũ: ꝛ dilexerũt hoies magis tene bras qꝫ lucẽ. Erãt eni opa eo rũ mala. Ois eni q male agit odit lucẽ. Et nõ venit ad lucẽ vt nõ arguant opa ei⁹. Qui át facit veritatẽ venit ad lucẽ: vt manifestent opa eius quia in deo sunt facta. redo.

ntonuit de celo dñs ꝛ altissim⁹ dedit vocẽ suã ꝛ apparuerũt fon tes aquarũ all'a.

Presta quesumus domi ne: vt secundũ promissionẽ fi lij tui domini nostri iesu chri sti: spiritus sanctus ꝛ huius nobis sacrificij copiosius re uelet archanũ: ꝛ oẽm referet propitius veritatẽ. Per eund

piritus sanctus doce bit vos alleluia quecunqꝫ dixe ro vobis alleluia all'a.

Lenum in nobis domi ne quesumus remedi um nostre redemptionis ope rare: vt habitatione sancti spi ritus digni effici valeamus. Per dominum. In vnitate.

Accipite iocūditatē glie vr̄e all'a: gr̄as agētes deo all'a: q vos ad celestia regna vocauit all'a all'a. ℣. Attēdite pp'le me⁹ legē meā iclinate aurē vr̄a₃ i vba oris mei. Sit nobis Dn̄e mei. Qs dn̄e virtus spūs sancti: q̄ ꝛ corda nr̄a clemēter expurget: ꝛ ab oībus tueat̄ aduersis. Per. In vnitate eiusdē

Lectio actuū aplo₄. viii. cap.

In dieb⁹ illis. Cū audissent apl'i q erāt hierosolymis q₂ recepit samaria verbū dei: miserūt ad eos petru₃ ꝛ ioānē. Qui cū venissent orauerūt ꝓ ipis vt acciperēt spiritū sanctū. Nōdū eni in quē q₃ illo₄ venerat: sed baptizati, tantū erāt in noīe dn̄i iesu. Tūc imponebāt man⁹ sup illos ꝛ accipiebāt spiritū sanctū All'a. ℣. Emitte spiritū. All'a. Ueni scē spūs reple tuo₄ corda fideliū ꝛ tui amoris i eis ignē accende.

Sequentia.

Ia musa dic q̄so preclara chorea. Plandificaq₃ libēs perstrepe organa. Et modulās tybia resultet plectro laudū leta carmina. Nostraq₃ caterua hui⁹ diei euprepia. Paracliti carisma hac die alūnos xp̄i plene intrat. Facto repēte sono linguis xp̄i fant magnalia. Cesano plena ructu ꝑfidia musto alūnos madere putat spūs gr̄a ardētes quos reddit feruida. Anastasi peracta q̄nquagena mysticus penetrat spūs pecto₄ intma opido reddens flāmantia. Mox egressi oēs vna tetra pagrant arua ifundētes verbi semina Mystica patrātes signa supno rore noua bibula madidāt intima. Ecce xp̄e nūc caterua tua. In hac aula decātat cantica. Et celesti ꝑmixta agmini indiscrete dicat noua tibi ꝓmēs cātica. Sit ꝑennis dn̄o gl'ia. Decº honor ptās per scl'a. Qui tribuit spūs gratiā oībus per arua q sequunt̄ eius monita. Poscimus oēs vna supplices magnalia. Et sanctus nr̄a spūs emūdās intima. Illustret clara sophia

Secundū Ioh. In illo Secundū Joh. all'a. tpe: Di. ie. d. s. Amē amē dico vobis: q nō intrat ꝑ ostiū i ouile ouiū: s₃ ascēdit aliūde ille fur est ꝛ latro. Qui aūt intrat per ostiū: pasto₂ est ouiu₃ Huic ostiari⁹ aperit ꝛ oues vocē ei⁹ audiūt. Et ꝓprias oues vocat noīatim: ꝛ educit eas. Et cū p₂oprias oues emiserit ante eas vadit: ꝛ oues illu₃ sequuntur: quia sciunt vocem

eius. Alienū aūt nō sequūtur sed fugiūt ab eo: quia nō nouerūt vocē alienoꝝ. Hoc ꝓuerbiū dixit eis iesus. Jlli aūt nō cognouerūt qd loqueret eis. Dixit ergo eis iterum iesus. Amē amē dico vobis: qꝛ ego sum ostiū ouiuꝫ. Oēs quoq̄t venerūt: fures sunt ꝛ latrones. Sed non audierūt eos oues. Ego sum ostiū ouiū. Per me si quis introierit saluabit: ꝛ ingrediet ꝛ egrediet: ꝛ pascua inueniet. Fur nō venit nisi vt furet: ꝛ mactet ꝛ ꝑdat. Ego veni vt vitā habeāt: ꝛ abundātius habeāt. redo.

ortas celi aperuit dn̄s ꝛ pluit illis manna vt ederēt: panē celi dedit illis panē angeloꝝ mādu/cauit homo all'a.

Escēdat q̄s domine sup hoc spūs scūs altare q ꝛ dona ppl'i tui sanctificet: ꝛ sumentium corda placat⁹ emūdet. per. Jn vnita. eiusdē. piritus q a patre ꝓcedit all'a: ille me clarificabit all'a all'a.

Entes n̄ras q̄s dn̄e spiritus sanctus diuinis reparet sacramētis: qꝛ ip̄e est remissio oium peccatoꝝ. Per. Jn vnita. eiusdē.

Eus dum egredereris corā populo tuo all'a: iter faciēs eis all'a habitās in illis all'a all'a. Exurgat deus ꝛ dissipent inimici eius ꝛ fugiāt q oderūt eū a facie eius. yriel.

Gl'ia in excelsis. Dn̄s vobiscū. Oremus.

Resta q̄s dn̄e: vt a n̄ris mentibus carnales āmoueat spūs sanctus affectus: ꝛ spiritualia nobis dona potēter infundat. Per. Jn vnita. eiusdē.

Jligite iusticiā q iudicatis terrā. Sentite de dn̄o i bonitate: ꝛ i simplicitate cordis querite illū. Qm̄ inuenit ab his q nō tētant illū: apparet autē eis: q fidē habēt in illuꝫ. Peruerse eni cogitationes separāt a deo: ꝓbata autē virt⁹ corripit insipiētes. Quoniā in maliuolā animā nō introibit sapiētia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sctūs eni spūs discipline effugiet fictū ꝛ auferet se a cogitatiōib⁹ que sunt sine intellectu: ꝛ corripiet a suꝑueniēte iniq̄tate. Benignus est eni spūs sapiētie: ꝛ nō liberabit maledictū

a labijs suis. Quoniā renū il-
lius testis est de⁹: ꝛ cordis ei⁹
scrutator: est verus: ꝛ lingue il
lius auditor. Quoniā spirit⁹
dn̄i repleuit orbē terrarum ꝛ
hoc qđ ꝯtinet oia scientiā ha-
bet vocis.

Alla. Emitte spm̄.
Alla. Dn̄s vobis
cū. Oremus.
Entes nr̄as qm̄s dn̄e
paraclitus q a te ꝓcedit illu-
minet: ꝛ inducat i omnē sicut
tuus promisit filius veritatē
Qui tecū vi. In vnita. eiusdē

In dieb⁹ illis: Stans pe
trus cū vndecim: eleua-
uit vocē suā ꝛ locut⁹ ē eis. Ui
ri iudei ꝛ q habitatis hierl'm
vniuersi: hoc vobis notū sit: ꝛ
aurib⁹ pcipite verba mea. Nō
eni sicē vos estimatis hi ebrij
sunt: cū sit hora diei tertia: sꝫ
hoc est quod dictū est p ꝓphe
tā iohel. Et erit in nouissimis
dieb⁹ dicit dn̄s effundā de spi
ritu meo sup omnē carnē: ꝛ ꝓ
phetabūt filij vr̄i: ꝛ filie vr̄e.
Et iuuenes vestri visiones vi
debūt: ꝛ seniores vestri sōnia
somniabūt. Et quidē sup ser-
uos meos: ꝛ sup ancillas me-
as i dieb⁹ illis effundā de spi
ritu meo ꝛ ꝓphetabūt. Et da
bo ꝓdigia in celo sursum: ꝛ si
gna in terra deorsum: sangui
nē ꝛ ignē ꝛ vaporē fumi. Sol
ꝯuertet in tenebras: ꝛ luna in
sanguinē: anteq̄ꝫ veniat dies
dn̄i magn⁹ ꝛ manifestus. Et
quicūqꝫ iuocauerit nomē dn̄i
saluus erit. Ll'a. Loquebā
tur varijs linguis apl'i magnalia
dei. Alla.
Ux iocūda
Lux insignis qua de thro
no missus ignis i xp̄i discipu-
los. orda replet linguas di
tat ad concordes nos inuitat
ligua cordis modulos. hri
stus misit quod ꝓmisit pign⁹
spōse quā reuisit die qnqua-
gesima ost dulcorē melleū
petra fudit oleū petra iam fir-
missima. n tabellis saxeis
nō i linguis igneis lex de mō
te pplo. aucis cordis noui
tas ꝛ linguarū vnitas dat in
cenaculo. q̄ꝫ felix q̄ꝫ festiua
dies in qua primitiua fundat
eccl'ia. iue sunt primitie na
scentis eccle sic: tria pr inū mi
lia. anes legis pmitiui sub
vna sūt adoptiui fide duo po-
puli e duob⁹ intericcit sicqꝫ
duo vnū fecit lapis caput an-
guli. tres noui nō vetusti
sunt capaces noui musti vasa

parat vidua. iquorē dat he
lyse⁹ nobis sacrū rorē de⁹ si cor
da sint ꝯgrua. ō hoc musto
vł liquore nō hoc digni sum⁹
rore si discordes morib⁹. n
obscuris ꝛ diuisis nō pōt hec
paraclisis habitare cordibus
ōsolator alme veni linguas
reple corda leni: nihil fellis
aut veneni sub tua presentia.
il iocundū nil amenū nil sa
lubre nil serenū: nihil dulce
nihil plenū sine tua gr̄a. u
lumē es ꝛ vnguētū tu celeste
ꝯdimentū aq̄ ditās elementū
ꝟtute mysterij. oua facti cre
atura te laudam⁹ mente pura
gr̄e nūc sȝ natura ꝑus ire filij.
u q dator es ꝛ donū nr̄i cor
dis oē bonū: cor ad laudē red
de pronū nr̄e ligue formās so
nū in tua ꝑconia. u purga
nos a pctīs auctor ip̄e pietatis
ꝛ i xp̄o renouatis da ꝑfecte no
uitatis plena nobis gaudia.
n illo
tpe: Di. i. d. s. Nemo po
test venire ad me: nisi pr̄ q mi
sit me traxerit eū. Et ego resu
scitabo eū i nouissimo die Est
scriptū in ꝓphis. Et erūt oēs
docibiles dei. Ois q audiuit
a pr̄e ꝛ didicit venit ad me. nō
quia patrē vidit qsq̄: nisi is q
est a deo hic videt prē. Amē
amē dico vobis: q credit i me
habȝ vitā eternā. Ego suȝ pa
nis vite. Pr̄es vr̄i māducaue
rūt māna in deserto: ꝛ mortui
sunt Hic est panis de celo des
cēdēs: vt si qs ex ip̄o māduca
uerit nō moriat̄ Ego sū panis
viu⁹ q de celo descēdi. Si qs
māducauerit ex h̄ pane viuet
i et̄nū Et pāis quē ego dabo
caro mea est ꝓ mūdi vita Cre
do. editabor in man
datis tuis q̄ dilexi valde ꝛ leuabo
man⁹ meas ad mādata tua q̄ dil
blata tibi q̄s Secr. xi.
dn̄e mūera spūs scūs sā
ctificet: ꝛ eorꝫ nos ꝑticipatio
ab oī pctōꝝ ꝯtagione custodi
at. P eūd. In vnit. eiusd. Cōio.
acē meā do vobis alla: pacē
relinquo vobis alla all. Postcō.
Er hui⁹ dn̄e virtutē my
sterij tue nos claritatis ꝑ
petu⁹ splēdor illustret: ꝛ cū cō
substātiali filio spūscūs illūi
net Qui te. offitiū. Spūs
dn̄i repl. Kyriel.
Resta q̄s oīps ꝛ miscors
de⁹ vt spūs scūs aduenī
ens tēplū nos gl̄ie sue dignā
ter ihabitādo ꝑficiat. Per. in
vnita.
N diebus illis: Philip
pus descendēs in ciuita
tē samarie ꝑdicabat illis chri
stum. Intendebāt autē turbe
his que a philippo dicebant

vnanimiter aduiētes ꝛ vidētes signa q̄ faciebat. Multi enim eoꝝ q habebāt spūs imundos clamātes voce magna exibāt Multi autē paralytici ꝛ clau/ di curati sunt. Factū est ergo gaudiū magnū i illa ciuitate. Alla. ℣. Emitte spm̄. Alla. Factꝰ ē repēte de celo sonꝰ adue niētis spūs vehemētis. Seq.

Alma chorus dn̄i nunc pāgat noīa sumi. Messias sother emannel sabaoth adonay. Est vnigenitus via vita manꝰ omousyon. Princi piū p̄mogenitus sapiētia vir tus. Alpha caput finis q̄ simꝉ vocitatꝛ ꝛ est Ω. Fons ꝛ orī gobonī paraclitus ac media/ tor. Agnus ouis vitulus ser/ pēs aries leo vermis. Os ver bū splēdor sol glīa lux ꝛ yma/ go. Panis flos vitis mōs ia/ nua petra lapisq̄ Angelus ꝛ spōsus pastorq̄ ꝓpheta sacer dos. Athanatos iskyros theon pātbō cratō ꝛ ysus Salui ficet nos sit cui secla Per oīa doxa. Sc̄m lucā. ix. c.

In illo tp̄e: Conuocatis iesus duodecim discipulis de dit illis virtutē ꝛ potestatē su/ per oīa demonia: ꝛ vt languo res curarēt. Et misit illos p̄di care regnū dei: ꝛ sanare infir/ mos. Et ait ad illos Nihil tu leritis i via: neq̄ virgā: neq̄ perā: neq̄ panē: neq̄ pecuniā neq̄ duas tunicas habeatis. Et in quācunq̄ domū intra/ ueritis: ibi manete: ꝛ inde ne exeatis. Et q̄cunq̄ nō recepe rint vos: exeūtes de ciuitate illa: etiā puluerē pedū voꝝ excutite i testimoniū sup illos. Egressi autē circuibāt per castella euāgelizātes: ꝛ curan tes vbiq̄. Credo. Offer. Con firma hoc deꝰ. Secre.

Virtute sancti spiritꝰ dn̄e munera nr̄a ꝯtinge: vt qd̄ so/ lēnitate p̄senti tuo nomini de dicauit: ꝛ intelligibile nobis faciat ꝛ eternū. Per. In vnitꝰ. Cōio. Factꝰ est repēte. Postcō.

Sacrificijs celestibꝰ q̄s dn̄e operāte spū sc̄tō vi/ cia nr̄a purgentꝛ vt muneribꝰ tuis sp̄ possimꝰ aptari. Per eū In vnita. Feria vii. Officiū.

Repleatꝛ os meū lau de tua alla vt pos/ sim cātare all. gau debunt labia mea dū cantauero tibi alla alla. Ps. In te dn̄e speraui nō cōfundar in eternū in iusticia tua libera me ꝛ eripe me. Oro.

Da q̄s eccl'e tue miseri cors deꝰ: vt spiritu sc̄tō ꝯgregata: hostili nullatenꝰ in cursiōe turbetꝛ. Per. In vnitꝰ.

Lectio actuū apostolorum. ii.
In diebꝰ illis: Aperiēs petrus os suū dixit. Viri isra elite: audite verba hec. Jesuz nazarenū: virum approbatū a deo in vobis virtutibꝰ ꝛ prodigiis ꝛ signis q̄ fecit p illū deus in medio vr̄i sicut vos scitis: hūc definito cōsilio ꝛ p̄sciētia dei traditū p manꝰ iniquoruz affigētes interemistis: quem deus suscitauit solutis dolo/ribus inferni: iuxta quod im/possibile erat teneri illū ab eo dauid eni dicit i eū. Prouide bā dn̄m corā me semp: qm̄ a dextris est mihi ne cōmoue/ar. Propter hoc dilatatū est cor meuz: ꝛ exultauit lingua mea: insup ꝛ caro mea reques/cet i spe. Qm̄ nō derelinques animā meā in inferno, nec da bis sanctū tuū videre corru/ptionē. Notas mihi fecisti vi as vite: replebis me iocūdita te cū facie tua. Alla. Emit/te spm̄ Alla. Spiritus domi ni repleuit orbē terrarum ꝛ hoc quod cōtinet oia scientia habet vocis.

Laudes deo deuota. Dulci voce ac sonora. Plebs resultet ca/tholica. Spiritus sancti gr̄a. Apostolis die hodierna In igneis linguis est infusa. Pa racliti p̄sentia. Emūdet nos a peccati macula. Pura sibi aptans habitacula. Carisma tum ac munera. Pectoribus nostris pius infundat. Vita nr̄a ei vt cōplaceat. Per secu lorū secula. Proclamemꝰ alla. Sit deo laus potestas honor virtus ꝛ gloria. Sequentia sancti euangelii secundum lucā. v.

In illo tpe: Factū est in vna dierū: ꝛ iesus sede/bat docens. Et erāt pharisei sedētes ꝛ legis doctores q ve nerant ex omni castello galy lee ꝛ iudee ꝛ hierusalē: et vir tus dn̄i erat ad sanandū eos. Et ecce viri portātes in lecto hominē q erat paraliticus: et querebāt eū inferre ꝛ ponere ante eū. Et nō iueniētes qua parte illū inferrēt pre turba: ascēderūt supra tectū ꝛ p tegu las submiserūt illū cum lecto in mediū ante iesum. Quorū fidē vt vidit: dixit. Homo re/mittunt tibi peccata tua. Et ceperūt cogitare scribe ꝛ pha risei dicētes Quis est hic qui loquit blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Ut cognouit autē iesus cogitatiōes eorū: respon dēs dixit ad illos. Quid cogi tatis mala in cordibꝰ vestris? Quid est faciliꝰ dicere: dimit tunt tibi peccata: an dicere: surge ꝛ ambula? Ut autē scia

tis q: filius hois habet pote/statem in terra dimittẽdi pec/cata: ait paralytico. Tibi dico surge tolle lectũ tuũ et vade in domũ tuã. Et confestim surgẽs corã illis: tulit lectũ in quo ia cebat: et abiit in domũ suã magnificans deũ. Et stupor apprehendit oẽs: et magnificabant deum. Et repleti sunt timore dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. Credo.

Lauda aia mea dñm laudabo dominũ in vita mea psallaz deo meo quãdiu ero allã.

Sacrificia domine tuis oblata cõspectibus: ille ignis diuinus assumat: qui discipulorũ christi filii tui per spiritum sanctum corda succendit. Per eundem. In vnitate eiusdez.

Spiritus vbi vult spirat et vocem eius audis alleluia: sed nescis vnde veniat aut quo vadat alleluia allã.

Postcommunionem.

Concede quesumus omnipotens deus: vt huius perceptione sacramẽti ita nostre fragilitatis vicia expurgẽtur quatenus per spiritũ sanctũ repromissum in nobis donuz tue gratie sentiamus. Per dominum. In vnitate eiusdem spiritus sci deus.

Charitas dei diffusa est in cordibus vestris allã per inhabitantẽ spiritũ eius in vobis allã allã

Dñe deus salutis mee: in die clamaui et nocte corã te. Kyrieleison

Glia in excel.

Dñs vob.

Orem⁹

Allã

Allã

Mentibus nrĩs qs dñe spiritũ sanctuz benignus infunde: cuius et sapientia cõditi sumus: et prouidentia gubernamur. Per. in vnitate eiusdẽ.

Hec dicit dñs deus: Effundaz de spiritu meo sup oẽm carnẽ: et prophetabũt filii vestri et filie vestre Senes vři somnia somniabũt: et iuuenes vestri visiones videbũt. Sed et super ser/

uos meos: et ancillas meas in
diebus illis effundā de spiri-
tu meo: et dabo ꝓdigia in celo
sursum: et signa in terra deor-
sum sanguinē et ignē et vapo-
rē fumi. Sol couertet in tene
bras: et luna i sanguinē añq̃
veniat dies dñi magnus et ma-
nifestus. Et erit. Ois quicūq̃
inuocauerit nomē dñi: saluus
erit. Lr̃a. Emitte spm̃ tuum
Alleluia.

Oremus.

Ulo nos igne q̃s dñe spi
ritus sanctus inflāmet:
quē dñs noster iesus christus
misit in terram: et voluit vehe
mēter accēdi. Qui tecū viuit
et regnat in vnitate eiusdem.

In diebus illis: Locutus
est dñs ad moysen dicēs
Loquere filiis israel: et dices
ad eos. Cū igressi fueritis ter
rā quā ego dabo vobis: et mes
sueritis segetē: feretis mani-
pulos spicarū primitias mes-
sis vestre ad sacerdotē. Qui
eleuabit fasciculū corā dño.
vt acceptabilis sit pro vobis:
altero die sabbati et sanctifica
bit illum. Numerabitis ergo
ab ipso die in quo obtulistis
manipulos primiciarū septē
ebdomadas plenas: vsq̃ ad al
terā diē expletōis ebdomade
septime: et sic offeretis sacrifi
ciū nouū dño: ex oibus habi-
taculis vestris. Panes primi
ciarū duos ex duabus decimis
symile: quos eleuabit sacer-
dos corā domio: et vocabitis
hunc diem celeberrimū atq̃
sanctissimū. Omne opus ser-
uile non facietis in eo. Legiti
mum sempiternum erit in cū
ctis habitaculis et generatio-
nibus vestris. Dicit dñs ops
Lr̃a. Ueni sancte spiritus
reple tuorum corda fideliū et tui
amoris in eis ignem accende.

Deus qui ob Oratio.
animarum medelā ieiu
niȳ deuotione castigari corpo
ra precepisti: concede nobis
propitius: et mente et corpore
semper tibi esse deuotos. Per

Deutero. xxvi
In diebus illis: capi.
Dixit moyses filiis isra
el. Audi israel que ego preci-
pio tibi hodie. Cum intraue
ris terram quā dominus deus
tuus daturus est tibi possidē-
dam et obtinueris eā: atq̃ ha-
bitaueris in ea: tolles de cun
ctis frugibus tuis primicias
et pones in cartallo: pergesq̃
ad locum quem elegerit dñs
deus tuus vt ibi inuocetur no-
men eius: accedensq̃ ad sacer
dotem qui fuerit in diebus il

lis: ꝛ dices ad eum. Profite/
or hodie coram dño deo tuo
qui exaudiuit nos: ꝛ respexit
humilitatẽ nostram ꝛ laborez
nostruz atq; angustias: ꝛ edu/
xit nos de terra egypti: in ma
nu forti ꝛ brachio extento: in
ingenti pauore: in signis atq;
portentis: ꝛ itroducit nos ad
locum istuz: ꝛ tradidit nobis
terrã lacte ꝛ melle manantem
Et idcirco nunc offero primi/
cias frugum terre: quã domi/
nus deus tu⁹ dedit mihi. Et
dimittes eas in conspectu do
mini dei tui: ꝛ adorato domi/
no deo tuo: epulaberis in om
nibus bonis: que domin⁹ de
us tuus dederit tibi. Alla.
Loquebantur varijs linguis a
postoli magnalia dei. Oratio.

Presta quesumus omni
potens deus: vt salutari
bus ieiunijs eruditi: ab omni
bus etiam vicijs abstinentes
propiciationẽ tuam facili⁹ im
petremus. Per dominũ no.
Lectio libri leuitici. xxvi. ca.

In dieb⁹ illis: Dixit do/
minus ad moysen. Si in
preceptis meis ambulaueri/
tis: ꝛ mandata mea custodie/
ritis: ꝛ feceritis ea: dabo vo/
bis pluuias tẽporibus suis: ꝛ
terra gignet germẽ suũ: ꝛ po/
mis arbores replebũtur. Ap/
prehendet messiũ tritura vin
demiam: ꝛ vindemia occupa
bit sementem. Et comedetis
panem vestrum in saturitate:
ꝛ absq; pauore habitabitis in
terra vestra. Dabo pacem in
finibus vestris: dormietis et
non erit qui exterreat. Aufe/
ram malas bestias a vobis: ꝛ
gladius non transibit termi/
nos vestros. Persequemini
inimicos vestros: ꝛ corruent
coram vobis. Persequentur
quinq; de vestris centuz alie/
nos: ꝛ centum de vobis decẽ
milia. Cadent inimici vestri
in conspectu vestro gladio.
Respiciam vos ꝛ crescere fa/
ciam: multiplicabimini: ꝛ fir
mabo pactum meũ vobiscuz
Comedetis vetustissima ve/
terum: ꝛ vetera nouis super/
uenientibus proijcietis. Po/
nam tabernaculum meum in
medio vestri: ꝛ nõ abijciet vos
vltra anima mea. Ambulabo
inter vos: ꝛ ero vester deus:
vosq; eritis populus meus.
Dicit dominus omnipotens
Alla. Factus est repente de
celo sonus aduenientis spiritus
vehementis. Oratio.

Presta quesumus oipo/
tens deus: sic nos ab epulis
carnalibus abstinere: vt a vi/
cijs irruẽtib⁹ pariter ieiunem⁹

Lectio danielis prophete. In

Angelus dñi descendit cuz azaria ⁊ socijs eius in fornacem: ⁊ excussit flāmā ignis de fornace: ⁊ fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantē Flāma aūt diffusa est sup fornacē cubitis quadragintanouem: ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacē de chaldeis ministros regis: qui eā incendebant. Illos aūt oino non tetigit ignis: neq; cōtristauit nec quicq̄ȝ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant ⁊ glorificabāt ⁊ bñdicebant deuz in fornace dicētes. Bñdictus es dñe deus patꝝ nostroꝝ: ⁊ laudabilis ⁊ gloriosus ⁊ superexaltatus in secula Et benedictū nomē glīe tue qđ est sanctū: ⁊ laudabile ⁊ superexaltatū in oibus seculis. Bñdictus es in tēplo sancto glorie tue: ⁊ suplaudabilis et supergloriosus in secula. Benedictus es in throno regni tui: ⁊ suplaudabilis ⁊ supexaltatus in secula. Benedictus es sup sceptrū regni diuinitatis tue: ⁊ suplaudabilis ⁊ supexaltatus in secula. Bñdictꝰ es qui intueris abyssos ⁊ sedes sup cherubin: ⁊ laudabil' ⁊ supexaltatus in scl'a. Benedictus es q̄ ambulas sup pennas vētoꝝ ⁊ super vndas maris: ⁊ suplaudabilis ⁊ supexaltatus i secula Bñdictus es in firmamēto celi: ⁊ laudabil' ⁊ gloriosus in secula. Bñdicite oia opa dñi dño: benedicite celi dño. Bñdicite angeli dñi dño: hymnū dicite ⁊ supexaltate eū in secula. Bñdicite aque oēs que sup celos sūt dño: bñdicite oēs vi: tu es domini dño. Bñdicite sol ⁊ luna dño: hymnū dicite ⁊ supexaltate eū in scl'a Bñdicite stelle celi dño: bñdicite ymber et ros dño. Bened. ois spūs dei dei dño: hymnū dicite ⁊ supexaltate eū in scl'a. Benedicite ignis ⁊ estus dño: bñdicite noctes ⁊ dies dño. Bñdicite tenebre ⁊ lumē dño: hymnuȝ dicite ⁊ supexaltate eū in scl'a Bñdicite frigus ⁊ cauma domine: benedicite pruina ⁊ niues dño. Bñdicite fulgura ⁊ nubes dño: hymnū dicite et supexaltate eū in scl'a. Bñdicat terra dñm: benedicite mōtes ⁊ colles dño: bñd. oia nascentia terre dño: hymnū dicite ⁊ supexaltate eū i scl'a. Bñdicite maria ⁊ flumia dño: benedicite fontes dño. Bñdicite cete ⁊ oia q̄ mouent in aq̄s dño: hymnū dicite ⁊ supexaltate eū in scl'a. Bñdicite volu

cres celi dño: bñdicite bestie ꝛ vniuersa pecora dño. Bñd. filij hoium dño: hymnũ dicite ꝛ superexaltate eũ in scła. Bñdicat israel dñm: bened. sacerdotes dñi dño: bñd. serui dñi dño: hymnũ dicite ꝛ superexaltate eũ in scła. Bñdicite spũs ꝛ aie iustoꝝ dño: bñdicite scti ꝛ humiles corde dño: hymnuz dicite ꝛ superexaltate eũ in scła. Bñdicite anania azaria misael dño: hymnũ dicite ꝛ superexaltate eũ in scła. Alła. Bñdictus es dñe deus patrũ nostroruz: ꝛ laudabilis in secula. repetatur Alła. Dñs vobiscũ. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flãmas igniũ cõcede ppitius: vt adueniẽte spũ sancto: nos famulos tuos non exurat flãma vitioꝝ. Per. In vnitate eiusdẽ.

In dieb⁹ illis. Cõuenit vniuersa ciuitas audire verbũ dei. Uidẽtes aũt turbas iudei repleti sunt zelo: ꝛ ꝯtradicebãt his que a paulo dicebãt blasphemantes. Tunc cõstanter paulus ꝛ barnabas dixerũt. Uobis oportebat primũ loq verbũ dei: sed qm̃ repulistis illud ꝛ idignos vos iudicastis eterne vite: ecce ꝯuertimur ad gẽtes. Sic eni nobis pcepit de⁹. Posui te in lumẽ gentib⁹ vt sis in salutẽ vsq ad extremuz terre. Audiẽtes aũt gẽtes gauise sunt ꝛ glorificabãt verbũ dñi: ꝛ crediderũt quotqt erãt pordinati ad vitã eternã. Disseminabatur aũt verbũ domini per vniuersaz regionẽ. Judei aũt concitauerunt religiosas mulieres ꝛ honestas: ꝛ pmos ciuitatis: ꝛ excitauerunt persecutionẽ in paulum ꝛ barnabã: ꝛ eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedũ in eos: venerunt yconiũ. Discipuli quoq replebãtur gaudio: ꝛ spiritu sancto.

Alła. Laudate dñm oẽs gẽtes ꝛ collaudate eũ oẽs populi. Alma chorus.

In illo tpe: Surgens iesus de synagoga introiuit in domũ symonis. Socrus aũt symonis tenebat magnis febribus. Et rogauerunt illuz p ea. Et stãs super illam imperauit febri: ꝛ dimisit illã. Et cõtinuo surgens ministrabat illis. Cum aũt sol occidisset: oẽs qui habebãt infirmos varijs lãguo

ribus ducebant illos ad eum At ille singulis manus impo nens: curabat eos. Exibāt eti am demonia a multis clamā tia ⁊ dicētia: quia tu es filius dei. Et increpās non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse christum. Facta autē die egressus ibat in desertū locū ⁊ turbe requirebant eū. Et ve nerunt vsq ad ipsū: ⁊ detine bant illū ne discederet ab eis Quibus ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euan gelizare regnum dei. redo

omine deus salutis mee in die clamaui ⁊ nocte corā te intret oratio mea in conspectu tuo domine all'a.

Itte dn̄e q̄s spiritum sanctū qui ⁊ hec munera pre sentia tuū nobis efficiat sacra mentū: ⁊ ad hoc pcipiendum nr̄a corda purificet. p. in vni.

on vos relinquā orpha nos veniā ad vos iterū all'. ⁊ gau debit cor vestrū all'. all'.

Rebeāt nobis dn̄e diui nū tua scā feruorē quo eoꝝ pariter ⁊ actu dlectemur ⁊ fructu. p.

Enedicta sit sancta trinitas atq indiui sa vnitas confitebi mur ei: qa fecit no biscum misericordiā suā. Be nedicamus patrē ⁊ filiū cū sā cto spū. Ad vi. vitem. Oro

Mnipotēs sempiterne deus q dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agno scere: ⁊ in potentia maiestatis adorare vnitatē: q̄s: vt eiusdē fidei firmitate: ab oībus sem per muniamur aduersis. In qua vi. ⁊ regnas deus. Per.

N dieb⁹ illis: Uidi osti um apertū in celo: ⁊ vox pri ma quā audiui tanq̄ tube lo quentis mecū dicēs. Ascēde huc: ⁊ ostendā tibi que opor tet fieri cito. Post hec statim fui i spiritu. Et ecce sedes po sita erat in celo: ⁊ supra sedē sedēs. Et q sedebat silis erat aspectui lapidis iaspidis ⁊ sar dinis. Et yris erat in circuitu sedis: sil'is visiōi smaragdine Et in circuitu sedis sedilia vi ginti q̄ttuor: ⁊ sup thronos vi ginti q̄ttuor seniores sedētes circūamicti vestimētis albis: ⁊ in capitib⁹ eoꝝ corōe auree. Et de throno pcedūt fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua. Et septē lā pades ardētes an̄ thronū: qui sunt septē spiritus dei. Et in in conspectu sedis tanq̄ ma re vitreū: simile cristallo. Et in medio sedis ⁊ in circuitu se

dis quattuoꝛ aīalia plena ocu
lis ante ꝛ retro. Et aīal pꝛimū
simile leoni: ꝛ secundum aīal
simile vitulo: et tertium aīal:
habēs faciē quasi hominis: ꝛ
quartū aīal: silē agle volanti.
Et quattuoꝛ aīalia: singula co
rū habebāt alas senas. Et in
circuitu ꝛ intus plena sūt ocu
lis: ꝛ requiē non hēbant die
ac nocte dicentia. Sctūs: san/
ctus: sctūs: dñs deus oīpotēs
qui erat ꝛ qui est: ꝛ qui ventu
rus est. Et cū darent illa aīa/
lia gloꝛiā ꝛ honoꝛē ꝛ bñdicti
onē sedēti sup thꝛonū viuenti
in secula seculoꝝ: ꝓcidebant
viginti qttuoꝛ senioꝛes añ se/
dentem in thꝛono. Et adoꝛa/
bant viuentē in scl'a seculoꝛū.
[illegible] ndictus es dñe qui in
tueris abyssos ꝛ sedes sup cheru
bin. Bñdicite deū celi qꝛ fecit
nobiscū misericoꝛdiā suā. lla
Bñdictus es dñe deus patrū
nostroꝝ ꝛ laudabilis in secula.
Benedicta sit [illegible]
beata trinitas deitas e/
terna pariter coequalis gl'ia.
eus genitoꝛ natus genit⁹
cū sacro neumate pmanēs su
per omē qd̄ extat. uibus ē
vna semp volūtas ꝛ a se discre
pat haut nunqꝫ triplicata per
sona. am cōstat deitas vna
non in tres deos diuisa qd̄ fi
des fatetur a xp̄o oꝛthodoxe
edita. ec nāqꝫ pellit delic/
ta patriaꝫ cedit serenam qua
dulcem iubilant agmina sym
phoniam celica. lti thꝛoni
vestigia imitantur stolis can
didata. periuntqꝫ binas qs
captant post secli discrimina.
t nos quos illustrat gratia
dei supera demus nostra de/
bita. uaten⁹ caterua celica
nobis maneat post funera so/
cia. ltimoqꝫ peracto discri
mine possimus alto perfrui
mox palatio. uo perspicua
flagrat lux accensa constanti
flāma que deus est visio no/
stra ꝛ salus eterna. ngeloꝝ
que illustrat foꝛtiter pectoꝛa
t i chꝛisto solo sua defigāt
lumina. ec nāqꝫ est illa sitis
flagrans qua tunc sitient aīe
scōꝝ vel coꝛpoꝛa. um fuerit
data ppetua eis ꝓ bonis a iu/
dice pmia. Secundum Iohannem.
In illo tpe: Erat homo
ex phariseis nicodemus
nomine: pꝛiceps iudeoꝝ. Hic
venit ad iesum nocte: ꝛ dixit
ei. Rabi: scimus quia a deo
venisti magister. Nemo eniꝫ
potest hec signa facere que tu
facis: nisi fuerit deus cum eo
Respondit ihesus: ꝛ dixit ei.
Amē amē dico tibi: nisi quis
renatus fuerit denuo: nō pōt

videre regnū dei. Dicit ad eū
nicodemus. Quō pōt hō nas
ci cū sit senex? Nunqd pōt in
ventrē matris sue iterato in/
troire ⁊ renasci? Rn̄dit iesus.
Amen amē dico tibi: nisi quis
renatus fuerit ex aqua ⁊ spū
scō: nō pōt introire in regnuꝫ
dei. Qđ natū est ex carne: ca/
ro est: ⁊ qđ natū est ex spū spi/
ritus est. Nō mireris q: dixi
tibi: oportet vos nasci denuo
Spūs vbi vult spirat: ⁊ vocē
eius audis: sed nescis vn̄ ve/
niat aut quo vadat. Sic est oīs
qui natus ē ex spū. Rn̄dit ni
codemus ⁊ dixit ei. Quō pos
sunt hec fieri? Respondit ie/
sus ⁊ dixit ei. Tu es magister
in israel ⁊ hec ignoras? Amē
amen dico tibi: q: qđ scim⁹ lo
quimur: ⁊ qđ vidimus testa/
mur: ⁊ testimoniū nostrū nō
accipitis. Si terrena dixi vo/
bis ⁊ nō creditis: quō si dixe/
ro vobis celestia credetis? Et
nemo ascendit in celū nisi qui
descendit de celo: filius hoīs
q est ī celo. Et sicut moyses ex
altauit serpētē in deserto: ita
exaltari oportet filiū hoīs vt
oīs q credit in ipso nō pereat
sꝫ hēat vitā eternam. Offert.
enedict⁹ sit deus pater vnige
nitusqꝫ dei filius: sanctus quoqꝫ
spirit⁹ q: fecit nobiscū misericor:

Sanctifica Secr. diā sui
qs dn̄e deus trinitas sā
cta per tui sancti nois inuoca
tionē huius oblatiōis hostiā
⁊ per eā nosmetipsos tibi per
fice munus eternū. Qui viuis
⁊ regnas deus. p. Prefatio.
Qui cum vnigenito. Cōio.
Benedicimus deū celi ⁊ corā oī
bus viuētibus ꝯfitebimur ei q:
fecit nobiscū misericordiā suam
Proficiat nobis Postco
ad salutē corporis ⁊ aie
dn̄e deus huius sacramenti
susceptio: ⁊ sempiterne sancte
trinitatis eiusdēqꝫ indiuidue
vnitatis cōfessio. In qua vi.
[illegible] tota hebdomadam fiat memo
ria de [illegible] ad missam de die
[illegible] in festo corporis christi: et
[illegible] missa de trinitate quan
do de trinitate fit seruitiū: ni
[illegible] Salus populi dicenda
[illegible] p hebdomadam. In fe
sto corporis xpi: ad missā: offm.
Ibauit e/
os ex adi/
pe frumē/
ti alla: ⁊ dē
petra mel
le satura/
uit eos al
leluia alla
all. Exultate deo adiutori nō
stro: iubilate deo iacob. Gloria
Kyrie fons boni. Gloria

Deus q nobis sub sacra/
mēto mirabili passionis
tue memoriā reliqsti: tribue
qs: ita nos corporis ꝛ san/
guinis tui sacra mysteria ve/
nerari: vt redēptionis tue fru
ctū in nobis iugiter sentiam⁹
Qui viuis ꝛ reg.

Fratres:

Ego enim accepi a dn̄o
qd̄ ꝛ tradidi vobis: qm̄ dn̄s ie
sus in qua nocte tradebat: ac
cepit panē ꝛ grās agēs fregit
ꝛ dixit. Accipite ꝛ mādūcate:
Hoc est corpus meū: qd̄ ꝓ vo
bis tradet: hoc facite in meā
cōmemorationē. Silr ꝛ calicē
postq̄ꝫ cenauit dicēs. Hic ca/
lix nouū testamentū est i meo
sanguine. Hoc facite q̊tiēscū/
qꝫ sumitis in meā cōmemora
tionē. Quotiēscūqꝫ eni mādu
cabitis panē hūc ꝛ calicē bi/
betis: mortē dn̄i annūciabitis
donec veniat. Itaqꝫ qcūqꝫ mā
ducauerit panē vl' biberit cali
cē dn̄i indigne: re⁹ erit corpo
ris ꝛ sanguinis dn̄i. Probet
aūt seipꝫ hō ꝛ sic de pane illo
edat: ꝛ de calice bibat. Qui āt
mādūcat ꝛ bibit indigne: iu/
dicium sibi mādūcat ꝛ bibit:
nō dijudicās corp⁹ dn̄i.

Oculi omniū in te sperāt dn̄e et
tu das illis escā in tpe oportuno
Aperis tu manū tuā ꝛ imples
omne aīal benedictiōe. All'a.
Caro mea vere est cib⁹ ꝛ sanguis
meus vere est potus q manducat
meā carnē ꝛ bibit meū sanguinē
in me manet ego in eo.

[L]auda syon saluatore lau
da ducē ꝛ pastorē i hym/
nis ꝛ cāticis. [Q]uantū potes
tantū gaude quia maior omī
laude: nec laudare sufficis.
[L]audis thema specialis pa
nis viu⁹ ꝛ vitalis hodie ꝓpo
nit. [Q]uē in sacre mensa cene
turbe fratrū duodene: datum
non ambigit. [S]it laus plena
sit sonora: sit iocunda sit deco
ra: mētis iubilatio. [D]ies eni
solēnis agit in qua mēse pma
recolit huius institutio. [I]n
hac mēsa noui regis nouū pa
scha noue legis: phase vetus
terminat. [V]etustatē nouitas
vmbrā fugat veritas noctem
lux illuminat. [Q]uod in cena
xp̄s gessit faciendū hoc exp̄s/
sit in sui memoriā. [D]octi sa/
cris institutis panē vinū i sa/
lutis consecram⁹ hostiā. [D]o
gma dat xp̄ianis: q in carnē
transit panis ꝛ vinū in sangui
nē. [Q]uod nō capis qd̄ nō vi/
des animosa firmat fides pre
ter rerū ordinē. [S]ub diuersis
speciēb⁹ signis tm̄ ꝛ nō rebus
latēt res eximie. [C]aro cibus
sanguis potus manet tm̄ xp̄s

totus sub vtraq; specie. su/
mente nō ɔcisus nō cōfract⁹
nō diuisus: integer accipitur
umit vn⁹ sumūt mille quan
tū isti tm̄ ille nec sumpt⁹ cōsu/
mitur umūt boni sumūt mali
sorte tm̄ ineq̄li vite vel interi/
tus. ors est malis vita bo/
nis vide paris sumptionis q̄3
sit dispar exitus. racto de/
mū sacramēto ne vacilles sed
memēto tm̄ esse sub fragmen
to quātū toto tegitur. ulla rei
fit scissura signi tantū fit fra/
ctura qua nec status nec statu
ra signati minuitur cce panis
angeloꝝ fact⁹ cibus viatoꝝ ve
re panis filioꝝ nō mittēd⁹ ca
nibus. n figuris p̄signatur
cū isaac immolatur: agn⁹ pasce
deputatur datur māna p̄ribus.
one pastor panis vere iesu
nr̄i miserere tu nos pasce nos
tuere tu nos bona fac videre
in terra viuentiū. u q cūcta
scis ⁊ vales q nos pascis hic
mortales tu nos ibi cōmensa
les coheredes et sodales fac
sctōꝝ ciuium.
In illo tp̄e. Dixit iesus
discipl'is suis: et turbis
iudeoꝝ. Caro mea vere est ci/
bus: ⁊ sanguis meus vere est
pot⁹ Qui mādu cat meā carnē
⁊ bibit meū sanguinē: in me
manet ⁊ ego in illo. Sicut mi
sit me viuēs p̄r: ⁊ ego viuo p/
pter patrem. Et qui māducat
me: ⁊ ipse viuet ꝑpter me. Hic
est panis q de celo descendit.
Nō sicut māducauerūt patres
vr̄i māna in deserto ⁊ mortui
sunt. Qui māducat hūc panē
viuet in eternū. Offer. Sacer
dotes dn̄i incensum ⁊ panes of/
ferūt deo ⁊ ideo sancti erunt deo
suo ⁊ nō polluēt nomē eius alla
Cclesie tue q̄s
dn̄e vnitatis ⁊ pacis p/
pitius dona cōcede. q̄ sub ob/
latis muneribus mystice desi/
gnantur. Per. Quia
per incarnati.
uotiēscunq; māducabitis pa
nem hunc ⁊ calicē bibetis mor/
tē dn̄i annūciabitis donec veniat
itaq; quicūq; māducauerit panē
vel biberit calicē dn̄i indigne: re
us erit corporis ⁊ sanguinis dn̄i
Ac nos alla.
q̄s dn̄e diuinitatis tue
sempiterna fruitione repleri:
quā p̄ciosi corporis ⁊ sangui/
nis tui tp̄alis p̄ceptio p̄figu/
rat. Qui viuis ⁊ regnas.
Credo

[illegible] seq̄n. Ecce panis ange.
quotidie post. i octa. qui [illegible]
octa. fit missa. Dñica pma p⁹
festū scē trinitatis Ad missā offim

Domine i tua mise/
ricordia spaui exul
tauit coꝛ meū in sa
lutari tuo cantabo
dño q̄ bona tribu/
it mihi. [illegible] Usq̄quo dñe obli/
uisceris me in finē vsq̄quo auer
tis faciē tuā a me. [illegible]

Deus i te sperantiū forti
tudo: adesto, ꝓpitius iuocatio
nib⁹ nr̄is ꝛ q꞉ sine te nihil pōt
moꝛtal' infirmitas: p̄sta auxi/
liū grē tue: vt i exequēdis mā
datis tuis ꝛ voluntate tibi et
actōe placeam⁹. p.

[illegible]

Karissimi: De⁹ charitas
est. In hoc apparuit charitas
dei i nobis q̄m filiū suū vnige
nitū misit de⁹ in mundū: vt vi
uam⁹ ꝑ eū. In hoc ē charitas
nō quasi nos dilexerim⁹ deū꞉
sed q̄m ipse prioꝛ dilexit nos ꝛ
misit filiū suū ꝓpitiationē ꝓ
pctis nr̄is. Charissimi: si de⁹
dilexit nos ꝛ nos debemus al
terutrū diligere. Deū nemo
vidit vnq̄꞉. Si diligam⁹ inui/
cē de⁹ in nobis manet: ꝛ cha/
ritas ei⁹ in nobis ꝑfecta ē. In
hoc intelligim⁹ q̄m i eo mane
mus ꝛ ipse i nobis: quoniā de
spū suo dedit nobis Et nos vi
dimus ꝛ testificamur quoniā
pꝛ misit filiū suū saluatoꝛē mū
di. Quisq̄s ꝯfessus fuerit q̄m
iesus ē fili⁹ dei: deus i eo ma/
net ꝛ ipse i deo. Et nos cogno/
uimus ꝛ credidim⁹ charitati:
quā habet de⁹ in nobis. De⁹
charitas est Et q̄ manet i cha
ritate: in deo manet: ꝛ de⁹ in
eo. In hoc ꝑfecta est charitas
dei nobiscū: vt fiduciā habea
mus in die iudicij: quia sicut
ille est ꝛ nos sumus i hoc mū/
do. Timoꝛ nō est in charitate
sed perfecta charitas foꝛas
mittit timoꝛē q̄m timoꝛ penā
habet. Qui autem timet: non
est ꝑfectus in charitate. Nos
ergo diligamus deū: quoniā
ipse prioꝛ dilexit nos Si quis

dixerit quoniã diligo deũ: et fratrẽ suũ oderit: mendax est. Qui eni nõ diligit fratrẽ suuz quẽ videt: deũ quẽ nõ videt quõ potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo: vt qui diligit deum: diligat ⁊ fratrem suum. go dixi dñe miserere mei sana aiam meã quia peccaui tibi. Btũs qui intelligit sup egenũ ⁊ paupe rẽ in die mala liberabit eũ dñs. llia. Uerba mea aurib⁹ pei pe dñe intellige clamorẽ meum

N illo tpe: Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc Homo quidam erat di/ues ⁊ induebatur purpura ⁊ bysso: ⁊ epulabatur quotidie splẽdide. Et erat quidã mẽdi/cus noie lazarus q iacebat ad ianuã eius vlcerib⁹ plenus cu piẽs saturari de micis q̃ cade bãt de mẽsa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Sed ⁊ canes venie bãt: ⁊ lingebãt vlcera ei⁹. Fa ctũ est aũt vt moreref mendi/cus: ⁊ portaref ab angelis in sinũ abrae. Mortu⁹ ẽ autẽ et diues: ⁊ sepultus est in infer no. Eleuãs autẽ oculos suos cũ esset i tormẽtis vidit abraã a longe: ⁊ lazarũ in sinu eius. Et ipse clamãs dixit. Pater abraã miserere mei: ⁊ mitte lazarũ vt intingat extremũ di giti sui in aqua vt refrigeret linguã meã: q: crucior ibac flãma. Et dixit illi abraã. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua: ⁊ lazarus silr ma/la. Nũc aũt hic cõsolaf: tu ve ro cruciaris. Et in his oibus inter nos ⁊ vos chaos magnũ firmatum est: vt hi qui volũt hinc trãsire ad vos: nõ possunt neq̃ inde huc trãsmeare. Et ait. Rogo ego te pr: vt mit/tas eum in domũ patris mei Habeo eni qnq̃ fratres: vt te stef illis ne ⁊ ipsi veniãt ihũc locũ tormẽtoꝝ. Et ait illi abra am Habẽt moysen ⁊ ꝓphetas audiãt illos. At ille dixit Nõ pater abraã: sed si qs ex mor/tuis ierit ad eos: penitentiaz agẽt. Ait aũt illi Si moysen ⁊ prophetas nõ audiũt: neq̃ si qs ex mortuis resurrexerit cre dẽt. ntẽde voci ora tionis mee rex me⁹ ⁊ deus meus qm̃ ad te orabo dñe. Secreta.

Eus q nos ad imaginẽ tuã cõditos ⁊ sacramen tis renouas ⁊ p̃ceptis: suppli cũ preces ⁊ munera benign⁹ accepta: vt qd̃ fiducia nõ ha/bet meritoꝝ: placationes ob tineant hostiarũ. Per.

Narrabo oia mirabilia tua leta bor: ꝛ exultabo in te psallā nomini tuo altiss:me. Postcō.

Tantis dñe repleti mun/ribus ꝑsta qm̄s: vt ꝛ salutaria dona capiam⁹: ꝛ a tua nunq̄ꝫ laude cessem⁹. Per. Feria iiij Lectio epl'e. b. petri apl'i. ij.

Charissimi Notā facim⁹ vobis dñi nr̄i iesu christi virtutē ꝛ ꝑscientiā: sed speculatores facti ipsius magnitudinis. Accepit eni a deo p̄re honorē ꝛ gl'iaꝫ voce dlapsa ad eum huiusmodi a magnifica maiestate. Hic est fili⁹ me⁹ dilectus: in quo mihi bene cōplacui. Et hāc vocē nos audiuimus allatā de celo: cū essemus cū ipso in mōte sctō. Et habem⁹ certiorē ꝓpheticū sermonē: cui bn̄ facitis attendentes queadmodū lucerne lucē ti in obscuro loco donec dies illucescat: ꝛ lucifer oriat̄ i cordibus v̄ris. Scōm matth. v.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare quia veni soluere legē aut ꝓphetas: nō veni soluere sed adimplere. Amē qppe dico vobis: donec trāseat celū ꝛ terra: iota vnū: aut vn⁹ apex n̄ p̄teribit a lege donec oia fiāt Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis: ꝛ docuerit sic hoies: minim⁹ vocabit̄ i regno celoꝝ. Qui āt fecerit ꝛ docuerit: hic magn⁹ vocabit̄ in regno celoꝝ. Dñica .v. Offi.

Factus est dñs ꝓtector meus ꝛ eduxit me i latitudinē salvū me fecit qm̄ voluit me. Ps. Diligā te dñe fortitudo mea dñs firmamentū meū ꝛ refugiū meū ꝛ liberator meus. Oratio.

Sancti nois tui dñe timorē pariter ꝛ amorē fac nos habere ꝑpetuū: quia nunq̄ꝫ tua gubernatiōe destituis: quos in soliditate tue dilectiōis instituis. Per. Lectio epl'e beati ioānis apl'i. iij. canoī.

Charissimi: Nolite mirari si odit vos mūdus. Nos scimus qm̄ trāslati sum⁹ d̄ morte ad vitā: qm̄ diligim⁹ fratres. Qui nō diligit manet in morte. Omnis q odit fratrē suuꝫ: homicida est. Et scitis quoniam ois homicida: nō habꝫ vitam eternā in se manentē. In hoc cognoscim⁹ charitatē dei quoniā ille ꝓ nobis animam suā posuit: ꝛ nos debem⁹ ꝓ fratribus aias ponere. Qui habuerit substantiā hui⁹ mundi ꝛ viderit fratrē suū necessitatē patientem: ꝛ clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei

manet in eo? Filioli mei: non diligam⁹ verbo neq; lingua: sed opere ꝛ veritate. Gradu.

Ad dñz cũ tribularer clamaui ꝛ exaudiuit me. ℣. Dñe libera ani mã meã a labijs iniqs ꝛ a lingua dolosa. Alla. Deus iudex iustus fortis ꝛ patiẽs nũqd irascet per singulos dies. Secundum lucã.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis: parabolã hãc. Homo qdã fecit cenã magnã: ꝛ vocauit mltos Et misit seruũ suũ hora cene dicere inuitatis vt venirẽt: q2 iã parata sunt oia. Et ceperũt simul oẽs excusare. Prim⁹ dixit illi. Uillã emi ꝛ necesse habeo exire ꝛ videre illã. Rogo te: habe me excusatũ. Et ali⁹ dixit Juga boũ emi qnq; ꝛ eo pbare illa Rogo te: habe me excusatũ. Et alter dixit. Uxorẽ duxi: ꝛ ideo nõ possũ venire. Et reuersus seru⁹ nũciauit hec dño suo. Tũc iratus pꝛfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas ꝛ vicos ciuitatis ꝛ paupes ac debiles: cecos et claudos introduc huc. Et ait seruus. Dñe factũ est vt imperasti: ꝛ adhuc locus est. Et ait dñs seruo Exi in vias ꝛ sepes ꝛ cõpelle intrare: vt impleat domus mea. Dico aũt vobis ꝙ nemo virorũ illorꝫ q vocati sũt: gustabit cenã meã. Offer.

Dñe cõuertere ꝛ eripe aiaz meã saluũ me fac ppter misericordiã tuã.

Oblatio nos Secre. dñe tuo noĩ dicãda purificet: ꝛ de die in diẽ ad celestis vite trãsferat actõez. Per

Com. Cantabo dño q bona tribuit mihi ꝛ psallã noĩ dñi altissimi.

Sumptis Postcõ. dñe muneribꝰ sacris: qs vt cũ frequẽtatione mysterij crescat nr̃e salutis effect⁹. Per

Feria iiii. Epla ad ephesios iiii. cap.

Fratres: Hoc dico ꝛ testifico: in dño vt iã nõ ambuletis sicut ꝛ gẽtes ambulãt i vanitate sensus sui: tenebris obscuratum habẽtes intellectũ. alienati a vita dei p ignorantiã q est i illis ppter cecitatẽ cordis ipsorũ. Qui desperantes semetipos tradiderũt ipudicitie in operationẽ immũdicie oĩs in auariciã. Uos aũt non ita didicistis xp̃m: si tñ illũ audistis: et in ipso edocti estis: sicut est veritas in iesu Deponite vos secundũ pꝛistinã cõuersationẽ veterẽ hominẽ: q corrũpitur scd̃m desideria erroris. Renouamini aũt spiritu mentis vestre: ꝛ induite nouũ hoiem qui scd̃m deũ creatus est in iusticia ꝛ sanctitate veritatis.

In xp̄o iesu dn̄o nr̄o.

I N illo tp̄e: Cuz venisset iesus in templū accesserūt ad eum principes sacerdotū ꝛ se niores populi dicentes. In q̄ potestate hec facis: ꝛ quis de dit tibi hāc potestatē? Respō dens iesus dixit eis Interro gabo vos ꝛ ego vnū sermonē quē si dixeritis mihi ꝛ ego vo bis dicā in qua potestate hec facio. Baptismus ioānis vn de erat: de celo: an ex homini bus? At illi cogitabāt intra se dicentes. Si dixerimus de ce lo: dicet nob̄: Quare ergo nō credidistis illi? Si autez dixe rimus ex hominibus: time mus turbā. Omnes enim ha bebant ioannē sicut prophe tam. Et respondētes iesu: di xerūt. Nescimus. Ait illis et ipse. Neq3 ego dico vobis in qua potestate hec facio.

R Espice in me ꝛ mi sere mei dn̄e quo niā vnicus ꝛ paup sum ego: vide hu militatē meā ꝛ laborē meū ꝛ di mitte oīa peccata mea deus me us. Ad dn̄e leuaui aīam meā de9 me9 in te cōfido nō erubescā

D Eprecationē no strā q̄s dn̄e benign9 ex audi: ꝛ q̄bus supplicādi p̄stas affectū: tribue defensiōis au xiliū. Per

K Arissimi: Humiliami ni sub potēti manu dei vt vos exaltet in tp̄e visitatōis. Om nē sollicitudinē vestrā ꝓijciē tes in eū: quoniā ipsi cura est de vobis. Sobrij estote ꝛ vi gilate: quia aduersari9 vester diabolus tanq3 leo rugiēs cir cuit querēs quē deuoret. Cui resistite fortes in fide: sciētes eandē passionē ei q̄ in mundo est v̄re fraternitati fieri. Deus autē oīs gr̄e q̄ vocauit vos in eternā suā gloriā in xp̄o iesu modicū passos: ip̄e p̄ficiet cō firmabit: solidabitq3 Ipi glo ria ꝛ imperiū: in sc̄la seculorū

acta cogitatū tuū i do mino ꝛ ip̄e te enutriet. Dū cla marē ad dn̄m exaudiuit vocem meā ab his q̄ appropinquāt mi hi. ll̄a. Diligā te dn̄e virt9 mea dn̄s firmamentū meū ꝛ re fugiū meū ꝛ liberator me9.

I N illo tp̄e:

Erant appropinquātes ad ih̄m publicani ꝛ pctōres vt audirēt illū. Et murmurabāt scribe ꝛ pharisei dicentes: q2 hic pctōres recipit ꝛ māducat cū illis. Et ait ad illos para bolam istam dicens. Quis ex

vobis homo q habet centum oues: z si pdiderit vnā ex illis nōne dimittit nonaginta nouē in deserto z vadit ad illā q̄ perierat: donec inueniat illaȝ Et cū inuenerit eam imponit in humeros suos gaudēs. Et veniēs domū ꝯuocat amicos z vicinos dicēs illis. Cōgratulamini mihi: q2 inueni ouē meā q̄ perierat. Dico vobis: ꝙ ita gaudiū erit in celo sup vno peccatore penitentiā agēte: q̄ȝ supra nonaginta nouez iustis: q nō indigēt penitētia Aut q̄ mulier habēs dragmas decē: z si perdiderit dragmā vnā: nōne accendit lucernā et euertit domum z querit diligenter donec inueniat? Et cū inuenerit: cōuocat amicas et vicinas dicēs. Cōgratulamini mihi quia inueni dragmā qua pdiderā. Ita dico vobis gaudiū erit coraȝ angelis dei sup vno peccatore penitentiā agēte. Off. Sperēt in te oēs qui nouerunt nomē tuū dn̄e qm̄ nō dereliquis querētes te psallite dn̄o qui habitat i syon qm̄ nō est oblit9 orationē paupeꝝ. Se.

Munera tibi dn̄e q̄s oblata sāctifica: vt tui nobis vnigeniti corpus et sanguis fiant Qui tecū vi. Co.

Ego clamaui qm̄ exaudisti me deus inclina aurez tuā z exaudi verba mea. Post cō.

Sacris dn̄e muneribus pceptis qm̄s: vt nos eoꝝ virtute: z a vitijs oibus expies: et donis gr̄e tue iugiter repleas Per. Ad timotheū. ij. iiij. ca.

Charissime:

Dn̄s mihi astitit z confortauit me: vt p me pdicatio adimpleat: z audiāt oēs gentes: z liberatus suȝ de ore leonis. Liberauit me dn̄s ab omni opere malo: z saluū faciet in regnū suū celeste. Ipsi gloria: in secula seculoꝝ. Secm̄ matthēum. v. capitulo

In illo tpe: Dixit iesus discipul' suis. Esto ꝯsentiens aduersario tuo cito duȝ es in via cū eo: ne forte tradat te aduersarius iudici: z iudex tradat te ministro: z in carcerem mittaris. Amen dico tibi nō exies inde donec reddas nouissimum quadrantē. Audistis quia dictū est antiqs Nō mechaberis. Ego autē dico vobis: quia omnis q viderit mulierē ad concupiscendū eā iam mechatus est eā in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scādalizat te: erue eū z pijce abs te. Expedit eni tibi vt pereat vnū mēbroꝝ tuoꝝ: q̄ȝ totū corpus tuū mittat in ge-

henná. Et si dextera manus tua scandalizat te: abscide eá ꝛ proijce abs te. Expedit eni tibi vt pereat vnũ mẽbrorum tuoꝝ: quá totũ corpus tuũ eat in gehenná.

Dominus illumiatio mea: ꝛ sal⁹ mea quez timebo: dñs protector vite mee a quo trepidabo: q tribulát me inimici mei infirmati sunt ꝛ ceciderũt. Si cõsistant aduersum me castra non timebit cor meũ.

Protector in te sperantium deus: sine quo nihil est validũ: nihil sanctũ: multiplica super nos misericordiá tuam vt te rectore: te duce: sic trãseamus per bona tẽporalia: vt non amittamus eterna. Per.

Fratres: Existimo eniz ꝙ nõ sunt cõdigne passiones huius tẽporis ad futurá gloriaz que reuelabitur in nobis Ná expectatio creature: reuelationẽ filiorum dei expectat Uanitati enim creatura subiecta est non volẽs: sed propꝑ eũ qui subiecit eá i spe. Quia ꝛ ipsa creatura liberabiꝑ a seruitute corruptionis in libertatẽ glorie filiorũ dei. Scim⁹ eni ꝙ ois creatura ingemiscit ꝛ parturit vsqꝫ adhuc. Nõ solum aũt illa: sed ꝛ nosipsi primitias spiritus habentes. Et ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filioꝝ dei: expectátes redemptionem corporis nostri In christo iesu domino nr̃o.

ropitius esto dñe peccatis nostris: neqñ dicát gẽtes vbi est de⁹ eorũ. Adiuua nos de⁹ salutaris noster ꝛ ꝑpter honorẽ nois tui dñe libera nos. Ita.

Dñe in virtute tua letabitur rex: ꝛ sup salutare tuũ exultabit vehemẽter.

In illo tpe: Di. ie. di. su. Estote misericordes sicut ꝛ pater vester misericors est. Nolite iudicare: ꝛ non iudicabimini. Nolite condẽnare ꝛ nõ condemnabimini. Dimittite: ꝛ dimittemini. Date ꝛ dabitur vobis. Mensuram boná ꝛ cõfertá ꝛ coagitatá et supeffluentẽ: dabũt in sinũ vestrũ. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis: remeticꝑ vobis. Dicebat aũt illis ꝛ similitudinẽ. Nungd põt cec⁹ cecũ ducere? nõne ambo in foueá cadũt. Non est discipulus super magistrũ. Perfectus át ois erit si sit sicut magister ei⁹ Quid aũt vides festucá in oculo fratris tui: trabẽ autez que in oculo tuo est nõ consideras

Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater: sine eijciā festucā de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabē non vides? Hypocrita: eijce primū trabē de oculo tuo: ⁊ tūc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Illumina oculos meos ne unq̄ obdormiā in morte: nequādo dicat inimicus me⁹ preualui aduersus eū.

Respice q̄s dn̄e munera supplicantis ecclesie: ⁊ saluti credentiū ꝑpetua sanctificatiōe sumēda cōcede. Per.

Dominus firmamentū meū: ⁊ refugiū meum ⁊ liberator meus deus meus adiutor meus.

Sancta tua nos dn̄e sumpta viuificent: ⁊ misericordie sempiterne ꝑparent expiatos. P.

Charissimi: In hoc scimus quoniā cognouim⁹ deū si mandata eius seruam⁹. Qui dicit se scire eū ⁊ mandata ei⁹ nō seruat: mēdax est: ⁊ in hoc veritas non est. Nam qui custodit verbū eius: vere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus quoniā in ipso sumus. Qui dicit se in christo manere: debet queadmodū ille āmbulauit: ⁊ ipe ambulare

Scd̄m mattheū. xvij.

In illo tp̄e: Interrogauerunt discipuli iesū dicētes. Quid scribe dicūt q̄ helyam oporteat primū venire? At ille r̄ndens ait eis: Helyas quidem venturus est: ⁊ restituet oīa. Dico aūt vobis: quia helyas iā venit ⁊ nō cognouerūt eū: sed fecerūt in eo quecūq̄ voluerunt. Sic ⁊ filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerūt discipuli quia de ioāne baptista dixisset eis. Et cū venisset ad turbā: accessit ad eū homo genibus prouolutus ante eū dicens. Dn̄e miserere filio meo: quia lunaticus est ⁊ male patit. Nā sepe cadit in ignē ⁊ crebro in aquā ⁊ obtuli eū discipulis tuis: et nō potuerūt curare eū. Respōdens aūt iesus ait. O generatio incredula ⁊ peruersa: quousq̄ ero vobiscū? vsquequo patiar vos? Afferte hūc illū ad me Et increpauit eū iesus: ⁊ exijt ab eo demoniū. Et curatus ē puer ex illa hora. Dn̄ica v. offi.

Exaudi dn̄e vocē meā qua clamaui ad te adiutor meus esto: ne derelinq̄s me: neq̄ despicias me deus salutaris meus. Dn̄s illumiatio mea: ⁊ salus

mea quē timebo. Oratio

A nobis q̄s dn̄e vt ⁊ mū
di cursus pacifice nobis tuo
ordine dirigat: ⁊ ecclesia tua
tranquilla deuotione letet. p
Lectio beati petri apli.

Charissimi: Oēs vnani/
mes in oratione estote:
cōpaciētes: fraternitatis ama
tores: misericordes: modesti
humiles. Nō reddētes malū
pro malo: vel maledictū p ma
ledicto: sed ecōtrario benedi/
centes: quia i hoc vocati estis
vt benedictionem hereditate
possideatis. Qui eniꝫ vult vi/
tā diligere: ⁊ cupit videre di/
es bonos: coherceat linguaꝫ
suā a malo ⁊ labia eius ne lo/
quantur dolū. Declinet autē
a malo ⁊ faciat bonuꝫ: inqrat
pacē ⁊ persequatur eaꝫ. Quia
oculi dn̄i super iustos: ⁊ aures
eius in preces eoꝝ: vultus au
tē dn̄i super faciētes mala. Et
quis est qui vobis noceat: si
boni emulatores fueritis? Sꝫ
⁊ si quid patimini propter iu/
sticiā: beati. Timorē aūt eorū
ne timueritis: vt nō cōturbe/
mini. Dn̄m aūt xp̄m sanctifi/
cate in cordibꝰ vestris. Grad

Protector noster aspice deꝰ et
respice sup seruos tuos.. Dn̄e
deus virtutū exaudi preces ser/
uorum tuorū. Alla. In te do

mine speraui non confundar in
eternuꝫ in tua iusticia libera me
⁊ eripe me inclina ad me aurem
tuā accelera vt eripias me. Se
cundū lucā. v. capitulo

In illo tpe: Cū turbe ir/
ruerent ad iesū vt audirēt ver
bum dei: ⁊ ipse stabat secꝰ sta
gnū genezaret. Et vidit duas
naues stantes secus stagnuꝫ
piscatores aūt descenderāt et
lauabāt rhetia. Ascēdēs autē
in vnā nauī q̄ erat symōis ro/
gauit euꝫ vt a terra reduceret
pusillū. Et sedēs docebat de
nauicula turbas. Ut cessauit
aūt loq: dixit ad symonē Duc
in altū: ⁊ laxate rhetia vr̄a in
capturā. Et rn̄dens symon: di
xit illi Preceptor p totā noctē
laborantes nihil cepimus: in
verbo aūt tuo laxabo rhete.
Et cum hoc fecissent: cōcluse
rūt pisciū multitudinē copio/
sam. Rūpebat aūt rhete eoꝝ
⁊ ānuerūt socijs q erāt in alia
naui vt venirent ⁊ adiuuarēt
illos. Et venerūt: ⁊ ipleuerūt
ambas nauiculas: ita vt pene
mergerētur Qd̄ cū videret sy
mon petrus: pcidit ad genua
iesu dicens. Exi a me dn̄e: q:
homo peccator sum. Stupor
enim circumdederat eum: et
omnes qui cum illo erāt in ca
ptura pisciū: quam ceperant.

Similiter aūt iacobū ꝛ ioan/
nē filios zebedei: qui erant so
cij symonis. Et ait ad symo/
nem ihesus. Noli timere: ex
hoc iā hoies eris capiens. Et
subductis ad terrā nauibus:
relictis oibus: secuti sunt euꝫ
Benedicā dn̄m qui mihi
tribuit intellectū, ꝓuidebā deū in
conspectu meo semꝑ: qm̄ a de/
xtris ē mihi ne cōmouear.

Scendāt q̄s dn̄e ꝑces
humilitatis nostre in
conspectu clementie tue: ꝛ de
scendat super hec oblata vir/
tus tue diuinitatis: quā nr̄is
quoqꝫ purificandis mētibus
largiaris. P. Unam pe/
tij a domino hanc regrā vt inha
bitez in domo domini oibus die
bus vite mee.

Misteria nos dn̄e quesu
mus sācta purificēt: ꝛ suo mu/
nere tueant̄ p.

Karissime: Obsecro p̄/
mū omniū fieri obsecratioēs
orationes: postulatiōes: gra/
tiarūactiones: pro oibus ho/
minibus. Pro regibus ꝛ om
nibus qui in sublimitate sunt
constituti: vt quietā ꝛ trāqllā
vitā agamus in omni pietate
ꝛ castitate. Hoc enim bonum
est ꝛ acceptū coram saluatore
nostro deo qui oēs hoies vult
saluos fieri: ꝛ ad agnitiōez ve
ritatis venire. Unus eni deꝰ:
vnus ꝛ mediator dei ꝛ hoim
homo christus iesus: qui de/
dit redēptionē semetipm̄ pro
oibus: cuius testamentū tem
poribus suis cōfirmatuꝫ est:
in quo positus suꝫ ego ꝑdica/
tor ꝛ apostolus. Ueritatez di
co nō mentior doctor gentiū
in fide ꝛ veritate.

In illo tempe:
Factū est in vna dierum
ꝛ iesus ascendit in naviculaꝫ
ꝛ discipuli eius: ꝛ ait ad illos
Transfretemus trans stagnū
Et ascenderūt. Nauigātibus
aūt illis: obdormiuit. Et des/
cendit procella vēti in stagnū
ꝛ cōpellebant̄ fluctibus et pe
riclitabantur. Accedētes aūt
suscitauerūt eū dicētes. Pre/
ceptor perimꝰ. At ille surgēs
increpauit ventū ꝛ tempesta/
tem aque ꝛ cessauit. Et facta ē
tranqllitas. Dixit autez illis.
Ubi est fides vr̄a? Qui timen
tes mirati sunt ad inuicē dicē
tes. Quis putas hic est: Quia
ꝛ ventis iperat ꝛ mari ꝛ obe/
diunt ei.

Dominus fortitudo
plebis sue ꝛ prote/
ctor salutariuꝫ xp̄i
sui est: saluū fac po
pulū tuū dn̄e ꝛ be

nedic hereditati tue: ꝛ rege eos vsqꝫ i seclm. ℟. Ad te dñe clamabo deus meᵘ ne sileas a me neqñ taceas a me ꝛ assimilabor descẽdentibus in lacum. Oratio.

Deus qui diligentibus te bona inuisibilia ꝑparasti: infunde cordibᵘ nostris tui amoris affectũ: vt te in oĩbus ꝛ super oĩa diligentes: ꝓmissiones tuas que omne desideriũ superãt consequamur ℟. Ad romanos. vi. ca.

Fratres: Quicũqꝫ baptisati sumus in christo iesu: in morte ipsius baptizati sumᵘ. Consepulti eni sumus cũ illo ꝑ baptismũ in mortẽ: vt quomodo xp̃us surrexit a mortuis per gloriã patris: ita ꝛ nos in nouitate vite ambulemus. Si eni cõplantati facti sumus siĩtudini mortis eius: simul ꝛ resurrectiõis erimus. Hoc scientes quia vetus hõ noster simul crucifixus est: vt destruatur corpᵘ peccati: vt vltra nõ seruiamus peccato. Qui eniꝫ mortuus est: iustificatus est a peccato. Si aũt mortui sumᵘ cũ christo: credimus qꝛ simul etiã viuemus cũ christo. Scientes ꝗ xp̃s resurgẽs ex mortuis iam non moriẽ: mors illi vltra nõ dñabitur. Qđ enim mortuus est pctõ: mortuus est semel. Qđ aũt viuit: viuit deo Ita ꝛ vos existimate vos mortuos quidem esse peccato: viuentes autem deo in christo iesu domino nostro. Gradu.

Conuerterẽ dñe aliquãtulũ ꝛ deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis a generatione ꝛ ꝓgenie. Alla. ℣. Eripe me de inimicis meis: deᵘ meus ꝛ ab insurgentibᵘ in me libera me. Secundum matheum. v. ca.

In illo tpe: Di. ie. di. su. Amẽ dico vobis: qꝛ nisi abũdauerit iusticia vestra plus qꝫ scribarũ ꝛ phariseoꝝ: non intrabitis in regnuꝫ celoꝝ. Audistis qꝛ dictum est antiquis non occides. Qui aũt occiderit: reus erit iudicio. Ego aũt dico vobis: quia oĩs qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui aũt dixerit fratri suo racha: reus erit cõcilio. Qui aũt dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuũ ad altare: ꝛ ibi recordatus fueris: qꝛ frater tuᵘ habet aliqđ aduersũ te: relinque ibi munus tuũ ante altare: ꝛ vade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc veniens offeres munus tuum. Offerto.

Perfice gressus meos in semitis tuis vt nõ moueanẽ vestigia mea inclina aureꝫ tuã ꝛ exaudi

verba mea mirifica misericordi/
as tuas qui saluos facis speran
tes in te dñe.

Propitiare dñe supplica
tionibus nostris: et has obla
tiões famulorum tuorum benign⁹
assume: vt qd singuli obtule/
runt ad honoré tui nominis:
cunctis proficiat ad saluté. p.

Circumbo et imolabo in
tabernaculo eius hostiá iubila/
tiõis cátabo et psalmú dicá dño

Uos dñe cele
sti dono saciasti: presta
qs: vt a nostris múdemur oc/
cultis: et ab hostiú liberemur
insidijs. p.

Beati Joannis

Charissimi: Non scripsi
vobis quasi ignorátibus veri
taté: sed qsi sciétib⁹ eá: qm oé
mendatiú ex veritate non est
Quis est mendax: nisi is qui
credit qm iesus non est xpus
Hic est antixps q negat patré
et filiuz. Ois qui negat filiuz
nec prem hz. Qui confitet filiú
et patré hz. Uos qd audistis ab
initio: in vobis pmaneat. Qd
si in vobis pmáserit qd audi/
stis ab initio: et vos i filio et pa
tre manebitis. Et hec est repro
missio quá ipse pollicitus est
nob: vitá eternã.

In illo tpe: Cuz egressus
esset iesus de via: precur
rens quidá genuflexo añ euz
interrogabat eú dicens. Ma
gister bone: quid faciá vt vitá
eterná percipiá? Jesus autez
dixit ei. Quid me dicis bonú
Nemo bonus: nisi solus de⁹.
Precepta nosti? Jlle dixit.
Que? Non occides: ne adul/
teres: ne fureris: non falsú te
stimoniú dixeris: ne fraudez
feceris. Honora patré tuuz et
matré. At ille respondens ait
illi. Magister bone: hec oia
custodiui a iuuétute mea. Je/
sus aút intuitus in eú dilexit
eú et dixit ei. Unú tibi deest.
Uade vende quécúqz habes
et da pauperibus: et habebis
thesaurú in celo: et veni seque
re me.

Dominica. vij. officiu.

Omnes gétes plau
dite manibus iubi
late deo in voce ex
ultatiõis. ℣. Sub
iecit pplos nobis
et gétes sub pedibus nris.

Deus virtutú cuius é to
tú quod est optimú: in/
sere pectorib⁹ nostris amorez
tui nois: et presta in nobis re/
ligionis augmétú: vt que sunt
bona nutrias: ac pietatis stu/
dio q sút nutrita custodias. p.

Ad romanos. vj. ca.

Fratres: Humanú dico
propter infirmitaté carnis ve

ſtre. Sicut enim exhibuiſtis
mēbra veſtra ſeruire imundi/
cie ꝛ iniquitati ad iniquitatē
ita nunc exhibete mēbra ve/
ſtra ſeruire iuſticie in ſanctifi
cationē. Cū enim ſerui eſſetis
peccati: liberi fuiſtis iuſticie.
Quē ergo fructum habuiſtis
tunc: in quibus nunc erubeſ/
citis? nam finis illoꝝ mors ē.
Nunc vero liberati a peccato
ſerui autē facti deo: habetis
fructū veſtrū in ſanctificatio/
nem: finē vero vitā eternam.
Stipendia eni peccati: mors
Gratia aūt dei vita eterna In
chriſto ieſu dn̄o noſtro.
Venite filij audite me: timorē
dn̄i docebo vos. Accedite ad
eū ꝛ illuminamini ꝛ facies veſtre
non cōfundent. Vſa. Te de
cet hymnus deus in ſyon ꝛ tibi
reddet votū in hierl'm.
In illo tp̄e:
Cū turba multa eſſet cū
ieſu nec haberent qđ mandu
carēt: cōuocatis diſcipulis ait
illis. Miſereor ſup turbā: qa
ecce iā triduo ſuſtinēt me: nec
habēt qđ mādu cēt. Et ſi dimi
ſero eos ieiunos in domū ſu/
am: deficient in via. Quidā
eni ex eis de longe venerūt.
Et reſpōderūt ei diſcipuli ſui
Unde iſtos poterit quis hic
ſaturare panibus in ſolitudi/
ne? Et iterrogauit eos. Quot
panes habetis. Qui dixerūt:
Septē. Et p̄cepit turbe diſcū
bere ſup terrā. Et accipiēs ſe
ptē panes grās agēs fregit ꝛ
dabat diſcipul' ſuis vt appō e
rent: et appoſuerūt turbe. Et
hēbant piſciculos paucos: et
ipſos benedixit: ꝛ iuſſit appo
ni: ꝛ manducauerūt: ꝛ ſatura/
ti ſunt. Et ſuſtulerūt qđ ſupe/
rauerat de fragmētis: ſeptem
ſportas. Erant autē qui man/
ducauerūt quaſi quattuor mi
lia: ꝛ dimiſit eos.
Sicut in holocauſtum arietū ꝛ
thaurorū ꝛ ſicut in milib⁹ agno
rū pinguiū ſic fiat ſacrificiū no/
ſtrū in cōſpectu tuo hodie vt pla
ceat tibi qꝛ nō eſt cōfuſio cōfidē
tibus in te dn̄e.
Propiciare domine ſup
plicationibus noſtris: ꝛ has
oblationes populi tui benig/
nus aſſume: ꝛ vt nullius ſit ir
ritum votum: nullius vacua
poſtulatio: preſta queſum⁹ vt
quod fideliter petimus: effi/
caciter cōſequamur. Per do.
Inclina aurem tuā acce
lera vt eruas nos.
Repleti domine muneri
bus tuis: tribue queſum⁹: vt
ꝛ eoꝝ mūdemur effectu: ꝛ mu
niamur auxilio. P.

Ratres: Nihil nūc dā-
nationis est his q sunt
in xp̄o iesu: qui non scd̄m car
nem ambulāt. Lex eni spirit⁹
vite in christo iesu liberauit
me a lege peccati ⁊ mortꝫ. Nā
qd̄ impossibile erat legi i quo
infirmabat per carnē: deus fi
liū suū mittens in similitudi-
nē carnis peccati: ⁊ de pecca-
to dānauit peccatuꝫ in carne:
vt iustificatio legis ipleretur
in nobis qui nō secūdū carnē
ambulamus: sed secūdū spiri
tum. Qui eni secundū carneꝫ
sunt: que carnis sunt sapiunt.
Qui vero scd̄m spirituꝫ sunt:
que sunt spiritus sentiūt. Nā
prudētia carnis mors ē. Pru-
dentia aūt spiritus: vita ⁊ pax
In christo ihesu dn̄o nostro.

In illo tp̄e: Abijt ihesus
sabbato per sata: discipuli au
tem eius esurientes ceperunt
vellere spicas ⁊ manducare.
Pharisei aūt videntes: dixe-
runt ei. Ecce discipuli tui faci
unt: qd̄ nō licet eis facere sab
batis. At ille dixit eis. Nō le
gistis qd fecerit dauid qn̄ esu
rijt: ⁊ qui cū illo erāt. Quō in
trauit in domū dei ⁊ panes ꝓ
positionis comedit: quos nō
licebat ei edere: neqꝫ his qui
cū eo erant nisi solis sacerdo-
tibus? Aut nō legistis in lege
ga sabbatis sacerdotes in tē-
plo sabbatū violant: ⁊ sine cri
mine sunt? Dico autē vobis:
q: tēplo maior est hic. Si aūt
sciretis quid est misericordiā
volo: ⁊ non sacrificiū: nunqꝫ
condemnassetis innocentes.

...: Officium

Uscepimus de⁹ mi
sericordiā tuā i me
dio templi tui secū
dū nomē tuū deus
ita ⁊ laus tua in fi-
nes terre: iusticia plena est dexte
ra tua. Magnus dn̄s ⁊ lau-
dabilis nimis: in ciuitate dei no
stri in mōte sancto eius. Oratio

Eus cuius prouidentia
in sui dispositione non
fallitur: te supplices exoram⁹
vt noxia cuncta submoueas:
⁊ oia nobis ꝓfutura cōcedas.

...romanos. viii. ca.

Ratres: Debitores su-
mus non carni vt secundū car
nē viuamus. Si eni scd̄m car
nem vixeritis: moriemini. Si
aūt spiritu facta carnis morti
ficaueritis: viuetis. Quicun-
qꝫ enim spiritu dei aguntur:
hij sunt filij dei. Non enim ac
cepistis spiritū seruitutis ite-
rū in timore: sꝫ accepistis spiri
adoptionis filiorū: in quo cla
mamus abba pater. Ipse eni

spiritus testimoniũ reddit spi ritui nostro ꝙ sumus filij dei Si autẽ filij ⁊ heredes. Here des quidẽ dei: coheredes aũt xp̄i. Grad. Esto mihi in deũ ꝓ tectorẽ ⁊ in locũ refugij vt saluũ me facias. ℣. Deus i te speraui: dn̄e nõ cõfundar i eternũ. All'a ℣. Attẽdite popule meus in legẽ meam. Secundum Mattheum.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Attẽdite a fal sis ꝓphetis q veniũt ad vos in vestimẽtis ouiũ: intrinse cus autẽ sunt lupi rapaces. A fructib⁹ eorũ cognoscetis eos Nũquid colligunt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona: fru ctus bonos facit. Mala autẽ arbor: fruct⁹ malos facit. Nõ potest arbor bona fructus ma los facere: neq₃ arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor q̄ nõ facit fructũ bonũ excidetur ⁊ in ignẽ mittetur. Igit ex fructibus eoꝝ cogno scetis eos. Nõ omnis q dicit mihi dn̄e dn̄e intrabit in re gnũ celorũ: sed qui facit volũ tatẽ p̄ris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnũ celorũ: Offer. Populũ humilẽ saluũ facies dn̄e: ⁊ oculos superborũ humiliabis: quoniam quis de us p̄eter te domine.

Deus qui legaliũ differẽ tias hostiarũ vnius sa crificij perfectione sanxisti: ac cipe sacrificiũ a deuotis tibi famulis oblatũ: ⁊ pari bene dictione sicut munera abel iu sti sanctifica: vt qḋ singuli ob tulerũt ad maiestatis tue ho norẽ: cũctis proficiat ad salu tem. Per. Com. Gustate ⁊ vi dete q̄m suauis est dn̄s beat⁹ vir qui sperat in eo. Postcõ.

Tua nos dn̄e medicina lis operatio: ⁊ a nostris puer sitatibus clemẽter expediat: ⁊ ad ea q̄ recta sunt perducat. Per. Feria iiii. Ad romanos. v.

Fratres: Commẽdat de us charitatẽ suã in no bis: q̄m si cũ adhuc pc̄tõres essemus: xp̄s pro nobis mor tuus est: multo igitur magis iustificati nũc in sanguine ei⁹ salui erimus ab ira per ipsum Si enim cũ inimici essem⁹ re conciliati sumus deo ꝑ mortẽ filij eius: multomagis recon ciliati salui erim⁹ in vita ip̄ius Nõ solũ aũt: sed ⁊ gloriamur in deo. Per dn̄m nostrum ie sum christũ. Secundum Marcum.

In illo tp̄e: Dixerũt dis cipuli ad iesum. Magi ster vidimus quendã in noĩe tuo eijcientẽ demonia: ⁊ ꝓhi buim⁹ eũ: quia nõ sequit nos

Jesus autem ait illis. Nolite
prohibere eũ. Nemo est eniꝫ
qui faciat virtutẽ in noĩe meo
⁊ possit cito male loqui de me
Qui eni nõ est aduersum vos
pro vobis est. Quisqꝫ eni po
tũ dederit vobis calicẽ aque
frigide in noĩe meo: quia xp̃i
estis: amen dico vobis nõ per
det mercedẽ suã. Et quicũqꝫ
scandalizauerit vnũ ex his pu
sillis credẽtibus in me: bonũ
est ei magis si circũdaret mo/
la azinaria collo eius: ⁊ in ma
re mitteret. Et si scandaliza/
uerit te manus tua: abscide il
lam. Bonũ est tibi debileꝫ in
trare in regnũ dei: quã duas
manus habentẽ ire in gehen
nam in ignem inextiguib' lẽ.
Ubi vermis eorum nõ mori/
tur: ⁊ ignis non extinguitur.
Et si pes tuus scandalizat te:
amputa illũ Bonũ ẽ tibi clau
dũ introire in vitã eternã: qꝫ
duos pedes habentẽ mitti in
gehennã ignis inextinguibi
lis. Ubi vermis eoꝝ nõ mori
tur: ⁊ ignis nõ extinguit. Et
si ocul' tuus scãdalizat te: erue
eũ. Bonũ est tibi luscũ introi
re in regnũ dei: qꝫ duos ocu/
los habentẽ mitti in gehen/
nam ignis. Ubi vermis eo/
rum non moritur: ⁊ ignis nõ
extinguit.

Ecce deus adiuuat
me ⁊ domin' susce
ptor ẽ aĩe mee auer
te mala inimicis
meis ⁊ in veritate
tua disꝑde illos ꝓtector me' dñe
Ps. Deus in noĩe tuo saluũ me fac
⁊ in virtute tua libera me. Oro.
Largire nobis q̃s dñe
semꝑ spm̃ cogitãdi que
recta sunt ꝓpitius ⁊ agẽdi: vt
qui sine te esse nõ possum': se
cundũ te viuere valeam'. Per
Epistola ad corinthios. i. x. cap
Fratres. Nõ sim' cõcu/
piscẽtes maloꝝ: sicut et
illi cõcupierũt. Neqꝫ idolatre
efficiamini sicut quidã ex ipsis
queadmodũ scriptũ ẽ. Sedit
ppl's mãducare ⁊ bibere ⁊ sur
rexerũt ludere. Neqꝫ fornice/
mur sicut quidã ex ipsis forni
cati sunt: ⁊ ceciderunt vna die
vigintitria milia. Neqꝫ tente
mus xp̃m sicut quidã eoꝝ ten
tauerũt: ⁊ a serpẽtibus perie/
rũt. Neqꝫ murmuraueritis si
cut quidã eoꝝ murmuauerũt
⁊ perierũt ab exterminatore.
Hec aũt oĩa in figura ꝯtinge/
bãt illis. Scripta sunt aũt ad
correptionẽ nostrã: in quos si
nes seculoꝝ deuenerũt Itaqꝫ
qui se existimat stare: videat
ne cadat. Tẽtatio vos nõ app
hẽdat: nisi humana. Fidelis

aute deus est: qui no patietur vos tentari sup id qd potestis sed faciet cu tetatione etia pro uentu: vt possitis sustinere.

Grad. Domine dns noster q admirabile est nome tuu in vniuersa terra. V. Quonia eleuata est magnificetia tua super celos. Alla. Exultate deo adiutori nro: iubilate deo iacob sumite psalmu iocundu in cythara.

Secundum lucam. In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis parabola hanc Homo quida erat diues qui habebat villicu: et hic diffamatus est apud illu q si dissipasset bona ipsius. Et vocauit illu: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde ratione villicationis tue. Jam eni non poteris villicare. Ait aut villicus intra se. Quid facia q dns meus auferet a me villicatione. Fodere no valeo: medicare erubesco. Scio quid facia: vt cu amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suas. Cogregatis itaq singulis debitoribus dni sui. dicebat primo. Quantu debes dno meo? At ille dixit. Centu cados olei. Dixitq illi. Accipe cautione tua: et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantu debes? Qui ait. Centu choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et scribe octoginta. Et laudauit dns villicu iniquitatis: quia prudeter fecisset. Quia filij huius scli prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis: vt cum defeceritis: recipiant vos: in eterna tabernacula.

Offer. Iusticie dni recte letificantes corda et dulciora sup mel et fauu na et seruus tuus custodit ea.

Secre. Suscipe munera qms dne que tibi de tua largitate deferimus: vt hec sacrosancta mysteria gratie tue operante virtute: et presentis vite nos conuersatione sanctificet: et ad gaudia sempiterna perducat. Per.

Com. Primu querite regnu dei et oia adijcient vobis dicit dns.

Post. Sit nobis dne quesumus reparatio metis et corporis celeste mysteriu: vt cuius exequimur actione: sentiamus effectu. Per.

Ad Roma. vi. Fratres. Nescitis qm cui exhibetis vos seruos ad obediendu: serui estis eius cui obedistis. Siue peccati in morte: siue obeditionis ad iusticia. Gratias aute deo: quod fui-

ctis servi peccati: obedistis aũt ex toto corde in eã formã doctrine in qua traditi estis. Liberati autẽ a peccato: servi facti estis iusticie. In xp̃o iesu dño nr̃o.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis Qui fidelis est in minimo: ⁊ in maiori fidelis est. Et q in modico iniquus est: et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles nõ fuistis quod verũ est qs credet vobis Et si in alieno fideles nõ fuistis: quod vestrũ est quis dabit vobis? Nemo servus põt duobus dñis servire. Aut eni vnũ odiet ⁊ alterũ diliget: aut vni adherebit: ⁊ alterũ contẽnet. Nõ potestis deo servire ⁊ mãmone Audiebãt aũt hec oia pharisei q erãt avari ⁊ deridebãt illũ. Et ait illis. Vos estis q iustificatis vos coram hoibus: deus aũt novit corda vr̃a: Quia qd hoibus altũ est abhominatio est ante deum.

Um clamarem ad dominũ exaudivit vocem meã ab his qui appropiquãt mihi ⁊ humiliavit eos qui est ante secula ⁊ manet i eternũ: iacta cogitatũ tuũ in domino ⁊ ipse te enutriet ℣. Exaudi deus orationem meã: ⁊ ne despexeris deprecationẽ meam: intende mihi ⁊ exaudi me. Or.

Pateant aures misericordie tue dñe p̃cibus supplicantiũ: ⁊ vt petẽtibus desiderata concedas: fac eos que tibi placita sunt postulare. p.

Fratres: Scitis quoniã cũ gẽtes essetis: ad simulachra muta prout ducebamini eũtes. Ideo notũ vobis facio: q nemo in spiritu dei loquẽs: dicit anathema iesu Et nemo potest dicere dñs iesus nisi in spiritu sancto. Divisiones vero gratiarũ sunt: idem autẽ spũs. Et divisiones ministrationũ sunt: idẽ aũt dñs. Et divisiones opationũ sunt idẽ vero deus q operat̃ omia in oibus. Unicuiq3 aũt datur manifestatio spiritus: ad vtilitatẽ. Alij quidẽ p spiritũ dat̃ sermo sapiẽtie: alij aũt sermo sciẽtie scd̃m eundẽ spiritũ. Alteri fides: in eodẽ spiritu. Alij gratia sanitatũ in vno spiritu alij operatio virtutũ: alij prophetia: alij discretio spirituũ: alij genera linguarũ: alij interpretatio sermonũ. Hec autẽ omnia operatur vnus atq3 idem spiritus dividens sin-

gulis prout vult. Graduale.
Custodi me dñe vt pupillã ocu
li sub vmbra alaꝝ tuaꝝ protege
me. ℣. De vultu tuo iudiciũ meũ
prodeat oculi tui videãt equita/
tẽ. Alla. ℣. Domie deus salutis
mee in die clamaui ⁊ nocte corã
te. Scdm lucã. xix. ca.

In illo tpe: Cum appro/
pinquasset iesus hierusalẽ vi
dens ciuitatẽ fleuit sup illã di
cẽs. Quia si cognouisses ⁊ tu
Et quidẽ in hac die tua q̃ ad
pacẽ tibi: nũc aũt abscondita
sunt ab oculis tuis Quia ecce
veniẽt dies in te ⁊ circũdabũt
te inimici tui vallo: ⁊ circũda
bunt te ⁊ coangustabũt te vn/
diq;: ⁊ ad terrã ꝓsternẽt te: et
filios tuos qui in te sunt. Et
nõ relinquẽt in te lapidẽ sup
lapidẽ: eo quod nõ cognoue/
ris tẽpus visitationis tue. Et
ingressus in templũ: cepit eij/
cere vendẽtes in illo ⁊ emẽtes
dicens illis. Scriptũ est quia
domus mea dom⁹ orõnis vo
cabitur. Uos aũt fecistis illaꝫ
speluncã latronũ. Et erat do/
cens quotidie in tẽplo.

Ad te dñe leuaui animã meam
deus me⁹ in te cõfido nõ erube/
scã: neq; irrideãt me iimici mei
etenim vniuersi qui te expectãt nõ
cõfundent. Secreta.

Concede nobis hec que
sumus dñe digne frequẽtare
mysteria: quia quoties huius
hostie cõmemoratio celebra/
tur: opus nr̃e redẽptionis ex/
ercetur. Per dñm. Cõmunio

Acceptabis sacrificiũ iusticie
oblationes ⁊ holocausta sup al/
tare tuũ domine. Postco.

Tui nobis dñe cõmunio
sacramẽti: ⁊ purificationẽ con
ferat: ⁊ tribuat vnitatẽ. Per.
Feria iiij. Ad corinth. j. xv. ca.

Fratres: Nõ omnis ca
ro eadẽ caro: sed alia ho
minũ alia pecoꝝ: alia volucrũ
alia aũt pisciũ. Et corpora ce/
lestia: ⁊ corpora terrestria. Sꝫ
alia quidẽ celestiũ gloria: alia
autẽ terrestriũ. Alia claritas
solis: alia claritas lune: ⁊ alia
claritas stellarũ. Stella aũt a
stella differt in claritate: sic et
resurrectio mortuorũ. Semi
nat in corruptione: surget
in incorruptione Seminatur
in ignobilitate: surget in gl'ia
Seminat in infirmitate: sur/
get in virtute. Seminat cor/
pus animale: surget corpus
spirituale. Si est corpus aiale
est et spirituale. Sicut scriptũ
est. Factus est ꝑmus hõ adaꝫ
in animã viuentẽ: nouissimus
adam in spiritũ viuificantem
Sed nõ prius qđ spirituale ẽ
sed quod animale: deinde qđ

spirituale. In christo iesu do
mino nro.

In illo tpe: Dixit iesus
discipulis suis. Attēdite
vobis neforte grauent corda
vr̄a in crapula: et ebrietate: et
curis huius vite: et superueni
at in vos repentina dies illa.
Tanq̄ꝫ laqueus eni supueni/
et in oēs q sedēt sup faciē ois
terre. Uigilate itaq̄ꝫ orantes
omni tpe: vt digni habeami/
ni fugere ista oia q̄ futura sūt:
et stare ante filiū hois.

Eus in loco scō suo
deus q inhabitare
facit vnanimes i do
mo ipse dabit virtu
tem et fortitudinē plebi sue.
Exurgat deus et dissipent inimi
ci ei⁹ et fugiāt q oderūt eū a facie
Eus q oipo eius.
tentiā tuā parcēdo maxi
me et miserando manifestas
multiplica sup nos gratiā tuā
vt ad tua pmissa currētes: ce/
lestiū bonorū facias esse cōsor
tes. Per.
Fratres: Notū vobis fa
cio euāgeliū qd pdica/
ui vobis: qd et accepistis i q̄ et
statis: p qd et saluami Qua ra
tione pdicauerī vob si tenetis
nisi frustra credidistis Tradi/
di eniꝫ vobis in primis qd et

accepi: qm̄ xp̄s iesus mortu⁹
est p peccatis nr̄is scd̄m scrip
turas: et quia sepult⁹ est: et q:
resurrexit tertia die scd̄m scri
pturas: et quia visus est cephe
et post hec vndecim. Deinde
visus est plusq̄ꝫ quingētis fra
trib⁹ simul: ex qbus multi ma
nent vsq̄ꝫ adhuc: quidaꝫ aūt
dormierūt. Deinde visus est
iacobo: deinde aplis omibus
Nouissime aūt omniū: tanq̄ꝫ
abortiuo visus ē et mihi. Ego
eni sum minimus aplo͛ꝝ q nō
sum dignus vocari apl's quo
niā psecutus sum ecclesiā dei
Gratia aūt dei sum: id qd suꝫ
Et grā ei⁹ in me vacua nō fuit
n deo sperauit cor meū
et adiut⁹ sum et refloruit caro mea
et ex volūtate mea confitebor illi.
Ad te dn̄e clamabo deus me⁹
ne sileas ne discedas a me. Alla
Dn̄e refugiū factus es nobis
a generatione et progenie.

In illo tpe: Dixit iesus
ad quosdā q in se confidebāt
tanq̄ꝫ iusti et aspernabātur ce/
teros: parabolā istam dicēs.
Duo hoies ascēderūt in tem/
plū vt orarēt. Un⁹ phariseus
et alter publicanus. Pharise⁹
āt stās hec apd se orabat De⁹
grās ago tibi: q: nō sum sicut
ceteri hominū: raptores iniu

sti: adulteri: velut etiá hic pu blicanus. Jeiuno bis in sab/ bato: decimas do omniũ que possideo. Et publicanus a lõ/ ge stans: nolebat nec oculos ad celũ leuare: sed pcutiebat pectus suũ dicens. Deus ppi tius esto mihi peccatori. Amẽ dico vobis: descẽdit hic iusti/ ficatus in domũ suaz ab illo. Quia ois q se exaltat humili/ abit: ꝛ q se humiliat exaltabi tur. Offertorium. Exaltabo te dñe quoniá suscepisti me nec dele/ ctasti inimicos meos sup me do mine clamaui ad te ꝛ sanasti me

Tibi dñe sacrificia Secr. dicáda reddant: que sic ad honorẽ nois tui deferẽda tribuisti: vt eadem fieri reme dia nostra prestares. Co.

Honora dñm de tua substantia ꝛ de primitijs frugũ tuarũ vt im pleant horrea tua saturitate: et vino torcularia redundabunt.

Quesumus dñe Postco. deus noster: vt quos di uinis reparare nõ desinis sa/ cramẽtis: tuis non destituas benignus auxilijs. Per.

Ep̃la ad corinthios

Fratres: Nescitis qm̃ corpa vr̃a mẽbra sũt xp̃i Tollẽs ergo mẽbra xp̃i faciá mẽbra meretricis? Absit. An nescitis qm̃ q adheret mere tricí: vnũ corpus efficit? Erũt eni inqt duo i carne vna. Qui aũt adheret dño: vn⁹ spũs est. Fugite fornicationẽ. Oẽ eni peccatũ qdcũqz fecerit hõ: ex tra corp⁹ est. Qui aũt fornicat in corp⁹ suũ peccat. An nesci/ tis qm̃ mẽbra vr̃a tẽplũ sũt spi ritus sancti q in vobis est: quẽ habetis a deo ꝛ nõ estis vr̃i? Empti eni estis pcio magno: glrificate ꝛ portate deũ in cor/ dibus vr̃is. Secundum lucam.

In illo tpe. Dicebat ih̃s discipl'is suis: parabolá hác: qm̃ oportet semp orare ꝛ nõ deficere dicẽs. Judex qdá erat i quadá ciuitate q deũ nõ timebat: ꝛ hominẽ nõ reuere batur. Vidua aũt quedá erat in ciuitate illa: ꝛ veniebat ad eum dicẽs. Vindica me de ad uersario meo. Et nolebat per multũ tẽpus. Post hec aũt di xit intra se. Et si deũ nõ timeo nec hoiem reuereor: tamẽ qꝛ molesta ẽ mihi hec vidua vin dicabo illá: ne i nouissimo ve niẽs suggillet me. Ait aũt dñs Audite qd iudex iniqtatis di xit. Deus aũt nõ faciet vindi ctá electorũ suoꝝ clamátiũ ad se die ac nocte: ꝛ patientiá ha bebit in illis. Dico autẽ vo/ bis: quia cito faciet vindictá illorũ.

D Eus in adiutorium meũ intende domine ad adiuuanduz me festina cõfundã tur ⁊ reuereanť inimici mei qui querũt animã meã Auertanť retrorsum ⁊ erubescãt qui volũt mihi mala.

O Mnipotẽs sempiterne deus: qui abundãtia pietatis tue ⁊ merita supplicuz excedis ⁊ vota: effunde super nos misericordiã tuã vt dimittas que conscientia metuit: et adiicias quod oratio nõ presumit. Per.

F Ratres: Fiduciã talem habemus per xpm ad deũ: nõ ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Qui ⁊ ydoneos nos fecit ministros noui testamenti nõ littera sed spiritu Littera enim occidit: spiritus autẽ viuificat. Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt nõ possent intendere filii israel in faciẽ moysi ꝑpter gloriã vultus eius ꝙ euacuatur: quomodo nõ magis ministratio spiritus erit i gloria. Nã si ministratio dãnationis in gloria est: multomagis abũdat ministeriũ iusticie in gloria. Benedicã dominũ in omni tpe semper laus eius in ore meo. ℣ In domino laudabitur anima mea audiãt mãsueti ⁊ letenť. Alla. Uenie exultemus domino iubilemus deo salutari nr̃o. ℣. Preocupemus faciem eius in confessione ⁊ in psalmis iubilemus ei.

Preocupemus.

In illo tpe: Exiẽs iesus de finibus tyri venit ꝑ sydonẽ ad mare galylee inter medios fines decapoleos Et adducũt ei surdũ ⁊ mutũ: ⁊ deprecabanť eũ vt imponat illi manũ. Et apphendẽs eũ de turba seorsum misit digitos suos in auriculas eius. Et expuẽs tetigit linguã eius. Et suspiciens in celũ: ingemuit ⁊ ait illi. Effeta: qd̃ est adaperire Et statim aperte sunt aures eius ⁊ solutũ est vinculũ lingue eius ⁊ loquebať recte. Et precepit illis ne cui diceret Quãto aũt cis ꝓcipiebat: tãtomagis plus

predicabãt: ꝛ eo amplius admi
rabantur dicẽtes. Bene om-
nia fecit: surdos fecit audire ꝛ
mutos loqui. Offertorium. Pre-
catus est moyses in conspectu
domini dei sui ꝛ dixit: precatus
est moyses in conspectu domini
dei sui ꝛ dixit: quare domine ira-
sceris i populo tuo: parce ire ani
me tue: memento abraã ysaac et
iacob: quibus iurasti dare terraꝫ
fluentẽ lac ꝛ mel: ꝛ placatus fa-
ctus est dominus de malignita-
te quam dixit facere populo suo.

Respice q̃s dñe
nostrã propicius serui-
tutem: vt quod offerimus sit
tibi munus acceptũ: sitq; no-
stre fragilitati subsidiũ. Per.

Co. De fructu operũ tuoꝝ
domine saciabitur terra: vt edu-
cas panẽ de terra ꝛ vinũ letificet
cor hominis: vt exhilaret faciem
in oleo ꝛ panis cor hominis con-
firmet. Postcommunio.

Sentiam⁹ dñe quesum⁹
tui pceptione sacramenti sub
sidium mentis ꝛ corporis: vt
in vtroq; saluati celestis reme
dij plenitudine gloriemur. P.

Feria quarta epistola

Fratres:
Non nosmetipsos pre-
dicamus: sed dominũ nostrũ
iesum christum: nos autẽ ser-
uos vestros p iesum. Quoniã
deus qui dixit de tenebris lu
cem splẽdescere: illuxit in cor
dibus nostris ad illuminatio
nem scientie claritatis dei in
faciem christi iesu. Habemus
autem thesauruꝫ istum in va-
sis fictilibus: vt sublimitas sit
virtutis dei: ꝛ non ex nobis.
In omnibus tribulationẽ pa
timur: sed non angustiamur.
Apporiamur: sed non desti-
tuimur. Persecutionem pati
mur: sꝫ nõ derelinqmur. Deij
cimur: sed nõ perim⁹. Semp
mortificationẽ ihesu in corpe
nostro circũferentes: vt ꝛ vita
iesu: in corporibus nr̃is ma-
nifestetur. Sequentia.

In illo tpe: Cepit iesus
exprobrare ciuitatib⁹ in
quibus facte sunt plurime vir
tutes eius: quia non egissent
pniam. Ve tibi corozaym: ve
tibi bethsaida. Quia si in ty-
ro ꝛ sydone facte essent virtu-
tes q̃ facte sunt in vobis: olim
in cinere ꝛ cilicio pniam egis-
sent. Verũtamen dico vobis:
tyro ꝛ sydoni remissius erit in
die iudicij q̃ꝫ vobis. Et tu ca-
pharnaũ: nunqd vsq; in celuꝫ
exaltaberis? Vsq; in infernũ
descẽdes. Quia si in sodomis
facte fuissent virtutes q̃ facte
sunt in te: forte mãsissent vsq;
in hũc diẽ. Verũtñ dico vobis

q: terre sodomorũ remissius erit i die iudicij q̃ꝫ tibi

Respice dñe in testamentũ tuũ: ⁊ aias pauperũ tuoꝝ ne derelinquas in finez exurge dñe iudica causã tuã: ⁊ ne obliuiscaris voces querentiũ te. Ut quid deus repulisti in finem iratus est furor tuus super oues pascue tue.

Omnipotens ⁊ misericos deus: de cuius munere venit vt tibi a fidelib⁹ tuis digne ⁊ laudabiliter seruiatr: tribue q̃s nobis vt ad promissiões tuas sine offensiõe curramus. Per.

Fratres:

Abrae dicte sunt ꝓmissiones: ⁊ semini eius. Non dicit ⁊ seminibus quasi in multis: sed quasi in vno: ⁊ semini tuo qui est christus. Hoc aũt dico testamentũ cõfirmatum a deo: que post quadrigẽtos ⁊ triginta annos facta est lex non irritũ facit ad euacuãdaz ꝓmissiõem. Nã si ex lege eẽt hereditas: iã nõ ex repromissione. Abrae aũt ꝑ repromissionẽ donauit deus. Quid igitr lex? Propter trãsgressores posita ẽ: donec veniret semẽ cui ꝓmiserat: ordinata ꝑ angelos in manu mediatoris. Mediator aũt vnius nõ est: deus aũt vnus est. Lex ergo aduersus ꝓmissa dei? Absit. Si eniz data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed ꝯclusit scriptura oia sub peccato: vt ꝓmissio ex fide iesu xp̄i daretr credẽtib⁹.

Respice dñe in testamentũ tuũ ⁊ aias pauperũ tuoꝝ ne obliuiscaris in finẽ. Exurge dñe ⁊ iudica causam tuã memor esto opprobrij seruoꝝ tuoꝝ. Alla. Qm̃ deus magn⁹ dñs: ⁊ rex magnus sup omnẽ terram.

In illo tpe: Dixit iesus dis. su. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico eni vobis: q̶ multi prophete ⁊ reges voluerũt videre q̃ vos videtis ⁊ non viderũt: ⁊ audire que auditis et non audierũt. Et ecce quidã legisperitus surrexit tẽtans illum ⁊ dicẽs. Magister: quid faciendo vitã eternã possidebo? At ille dixit ad euz. In lege quid scriptum est? Quõ legis? Ille aũt rñdens dixit. Diliges dñz deũ tuũ ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aia tua: ⁊ ex oibus viribus tuis: ⁊ ex omni mente tua: ⁊ proximũ tuuz sicut teipsuz. Dixitqꝫ illi. Recte respõdisti: hoc fac: ⁊ viues. Ille aũt volens iustificare se

apex non p̄teribit a lege: do/
nec oia fiant. Qui ergo solue/
rit vnū de mādatis istis mini
mis: ꝛ docuerit sic hoies: mi/
nimus vocabit̄ in regno celo
rum. Qui aūt fecerit ꝛ do
rit: hic magnus vocabit̄ in re
gno celoꝝ. Ueritas mea
Unera qm̄s
dn̄e tibi dicata sancti/
fica: ꝛ intercedēte btō. N. cō/
fessore tuo atq3 doctore: p ea/
dem nos placatꝰ intēde. Per.
Fidelis seruus.
Presta qm̄s o ps deꝰ: vt
de perceptis muneribꝰ
grās exhibentes: interceden
te beato. N. ꝯfessore tuo atq3
doctore: beneficia potiora su/
mamus. Per.

S iusti meditabit̄
sapientiā: ꝛ lingua
eius loquetur iudi
cium: lex dei eius
in corde ipsius.
Noli emulari in malignātibus:
neq3 zelaueris faciētes iniqtatē.
Eius q beatū. N.
cōfessorē tuū atq3 abba
tem sanctitatis grā decorasti
ipsius meritis fac nos bonis
operibus abūdare: vt a te sū/
mo bono om̄e qd expedit me
reamur impetrare. Per dn̄m
Iustus cor suū
tradet ad vigilādū dilu/
culo ad dn̄m qui fecit illū: et
in conspectu altissimi dep̄ca/
bit̄. Aperiet os suū in orone:
et pro delictis suis dep̄cabit̄.
Si eni dn̄s magnus voluerit
spiritu intelligentie replebit
illū. Et ipe tanq3 imbres mit
tet eloquia sapiētie sue: et in
oratione ꝯfitebit̄ dn̄o. Et ipe
diriget consiliū eius et disci/
plinā: ꝛ in abscōditis suis cō/
siliabit̄. Et ipse palā faciet di/
sciplinā doctrine sue: et in le/
ge testamēti dn̄i gloriabitur.
Collaudabūt multi sapiētiā3
eius: ꝛ vsq3 in seculū nō dele/
bitur. Non recedet memoria
eius. ꝛ nomē eius requiret̄: a
generatione in generationē.
Os iusti meditabit̄ sapi
entiā ꝛ lingua eius loquetur iu/
dicium. Lex dei eius in corde
ipsius: ꝛ nō supplantabunt̄ gres
sus eius. Ua. Posui adiu/
toriū sup potentē ꝛ exaltaui ele/
ctū de plebe mea. Adest
nobis.

Secundum lucam. xi. capitu

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Nemo accen/dit lucernã: ꝛ in abscõdito po/nit: neq; sub modio: sꝫ sup cã/delabꝛũ: vt q ingrediuntur lu/men videant. Lucerna coꝛpo/ris tui est oculus tuus. Si ocu/lus tuus fuerit simplex: totuꝫ coꝛpus tuũ lucidũ erit. Si aũt nequã fuerit: etiã coꝛpus tuũ tenebꝛosũ erit. Uide ergo ne lumen quod in te est tenebꝛe sint. Si ergo coꝛpus tuũ totũ lucidũ fuerit nõ habẽs aliquã partẽ tenebꝛarũ: erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgo/ris: illuminabit te.

Desideriũ anime eius tribuisti ei dñe: et voluntate labioꝛũ eius non fraudasti eum: posuisti in ca/pite ei⁹ coronã de lapide ꝓcioso

Sacrificium dñe qd̃ pꝛo sancti. N. ꝯfesso/ris tui atq; abbatis solẽnitate deferimus tibi qs̃ fiat acce/ptum: vt eius intercedẽtibus merit⁹s: nobis augeat te do/nante suffragium. Per dñm.

Fidelis seruus.

Jbãtes dñe sacrosancta mysteria pꝛetẽde nobis qs̃ misericoꝛdiã tuã: vt que votis expetimus: interceden/te beato. N. confessoꝛe tuo at/q; abbate conuersatione tibi placita ꝯsequamur. Per do.

De quocuq; confessore ꝛ do.

Adesto domine pꝛeci/bus nr̃is: quas in san/cti. N. confessoꝛis tui solenni/tate deferimus: vt qui nostre iusticie fiduciam non habe/mus: eius qui tibi placuit me/ritis et pꝛecibus adiuuemur Per dominum. Ju/stum deduxit.

Uide vigilate.

Susci/pe domine sacrificium placationis ꝛ laudis: qd̃ nos interueniente beato. N. con/fessoꝛe tuo perducat ad veni/am: et in perpetuam gratiarũ constituat actionẽ. Per dñm

Pꝛesta que/sumus omnipotens de/us: vt cuius festiuitate voti/ua sunt sacramenta: eius salu/taria nobis intercessione red/dantur. Per dominum nr̃m.

Sacerdotes eius induãt saluta/re et sancti eius ex/ultatiõe exultabũt. al/leluia all'a all'a. Memẽto dñe dauid ꝛ ois mãsuetudinis eius.

Beatoꝛũ confessoꝝ tuoꝝ. N. ꝛ. N. nos dñe

quesumus tuere presidijs: vt quorum festiuitatem annua deuotione recolimus: eorum intercessione ab omnibus aduersitatibus eruamur. Per.

Eus qui nos sanctorum confessorum tuorum. N. et N. confessionibus gloriosis circundas et protegis: da nobis et eorum imitatione proficere: et intercessione gaudere. Per.

Fratres: Plures facti sunt sacerdotes secundum legem: idcirco quod morte prohiberentur permanere. Jesus autem eo quod maneat in eternum: sempiternum habet sacerdotium. Unde et saluare in perpetuum potest accedens per semetipsum ad deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat: vt nobis esset pontifex: sanctus innocens: impollutus segregatus a peccatoribus: et excelsior celis factus. Qui non habet quotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populo Hoc enim fecit semel offerendo: dominus noster iesus christus

Sacerdotes eius induant salutare et sancti eius exultatione exultabunt. Jlluc producam cornu dauid paraui lucernam xpo meo. Alleluia. Fulgebunt iusti: et tanquam scintille in harundineto discurrent in eternum

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti: et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum: quando reuertatur a nuptijs. Ut cum venerit et pulsauerit: confestim aperiant ei. Beati serui illi: quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes Amen dico vobis: quod precinget se: et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis: Et si venerit in secunda vigilia: et si in tertia vigilia venerit et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias: qua hora fur veniret: vigilaret vtique: et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet.

In illo tempore: Misit iesus duodecim discipulos suos precipiens eis et dicens: In viam gentium ne abieritis: et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis: sed

potius ite ad oues que perie/
runt domus israel. Euntes
aūt p̄dicate dicētes: q2 appro
pinquit regnū celorū. Infir/
mos curate: mortuos suscita/
te leprosos mūdate: demōes
eijcite. Gratis accepistis: gra
tis date. xultabūt sci
in glia: letabunt in cubilib9 suis
exultatiōes dei in faucibus eorū
allā allā.

Desto dn̄e p̄cib9
ppl'i tui: adesto muneri
bus: vt que sacris sunt oblata
mysterijs: tuo2 tibi placeāt in
tercessione sctō2. Per.

Ego vos elegi de mūdo: vt eatis
et fructū afferatis: et fructus ve/
ster maneat. alr.

Ideles tui allā.
de9 celestis doni reme/
dijs recreent: 7 scō2 quoq3 cō
fesso2 tuo2 p̄cibus: ab oīb us
qm̄s emūdent delictis. Per

Ilexisti
iusticiā
7 odisti
iniqta/
te3 pro/
ptere a
vnxit te
de9 de/
us tuus oleo leticie p̄ cōsortib9
tuis. alr. alr. al

Eructauit cor meū verbū bo
nū: dico ego opa mea regi.

Oqbar de testimo
nijs tuis in2spectu
regū: 7 nō 2funde
bar in mādatis tu/
is que dilexi nimis

Beati immaculati in via: q
ambulant in lege dn̄i.

E expectauerunt
peccatores vt per
derent me testimo
nia tua domine in
tellexi: omnis con
summatiōis vidi finē latū māda
tū tuū nimis. Beati imacu/
lati in via q ambulāt in lege dn̄i.

Xaudi nos deus
salutaris noster: vt sicut
de btē. M. virgis 7 martyris
tue festiuitate gaudemus: ita
pie deuotiōis erudiamur af/
fectu. p.

Omie deus me9 exalta
sti sup terrā habitatōe3
meā: 7 p morte defluēti dep
cata su3. Inuocaui dn̄m patrē
dn̄i mei: vt nō derelinqt me i
die tribulatōis mee: 7 i tpe su
pbo2ū sine adiutorio. Lauda/
bo nomē tuū assidue 7 collau
dabo illud in 2fessione: et ex
audita est oro mea. Liberasti
ō pditōe: 7 eripuisti me ō tpe
iniq. Propterea 2fitebor 7 lau
dē dicā noi tuo dn̄e ds meus

Onfitebor tibi dñe rex
⁊ collaudabo te deũ sal/
uatorẽ meũ. Cõfitebor nomi
tuo qm̃ adiutor et ꝓtector fa/
ctus es mihi ⁊ liberasti corpꝰ
meũ a ꝑditiõe. A laqueo lin/
gue inique: ⁊ a labijs operan
tiũ mẽdaciũ. Et in ꝯspectu a/
stãtiũ factus es mihi adiutor
Et liberasti me ẜm mltitudi/
nẽ miſcõie nois tui. A rugien
tibus ꝑparatis ad escã: de ma
nibꝰ q̃rentiũ aĩam meã: et de
portis tribulationũ q̃ circun/
dederũt me: et a ꝑssura flãme
q̃ circũdedit me: et in medio/
ignis nõ ſuz estuata. De alti/
tudine vẽtris inferi: ⁊ a ligua
coinquinata: ⁊ a verbo mẽdacij
A rege iniq̃: ⁊ a ligua iniusta
Laudabit vſq; ad mortez aĩa
mea dñm: et vita mea appro/
pinquãs erat iferno deorsum
Circũderũt me vndiq;: ⁊ nõ
erat q adiuuaret Reſpiciens
erã ad adiutoriũ hoĩm: ⁊ non
erat. Memorata ſuz miſicor/
die tue dñe et coopatiõis tue
q̃ a ſcl'o ſunt: qm̃ eruis ſustinẽ
tes te: ⁊ liberas eos de manu
angustie dñe deꝰ meꝰ.

Apiẽtia laudabit aĩam
ſuã: ⁊ in dño honorabit: et in
medio ppl'i ſui gl'iabit: ⁊ in ec
clesijs altissimi aperiet os ſuũ
⁊ in ꝯspectu ꝟtutis illius glo
riabit. in medio ppl'i exaltabi
tur ⁊ in plenitudine ſcã admi
rabit. In multitudine electo
rũ habebit laudẽ: ⁊ inter bñdi
ctos bñdicet dicens. Ego ex
ore altissimi ꝓdiui: ꝑmogeni
ta ante omnẽ creaturã. Ego q̃
si libanus nõ inc:ſus: vapora
ui habitationẽ meã: ⁊ q̃si bal/
ſamũ non mixtũ odor meus.
Ego quasi terebintus exten/
di ramos meos: et rami mei
honoris et gratie. i/
lexisti iusticiã ⁊ odisti iniquitatẽ
Propterea vnxit te deus de/
us tuꝰ oleo leticie. pe/
cie tua ⁊ pulchritudine tua itẽ/
de ꝓspere ꝓcede ⁊ regna Pro
pter veritatẽ ⁊ mansuetudine et
iusticiã ⁊ deducet te mirabiliter
dextera tua. iffusa est
gr̃a in labijs tuis: ꝓpterea bñdi
xit te deus in eternũ. Propter
veritatẽ ⁊ mansuetudinẽ ⁊ iusti/
ciã ⁊ deducet te mirabiliter dex/
tera tua. udi filia et vi
de et inclina aurẽ tuã: q: cõcupi
uit rex ſpeciẽ tuã. Specie tua
⁊ pulchritudie tua: itẽde ꝓspe
re ꝓcede ⁊ regna. lleluia.
mulor: eni vos dei emulatiõe
deſpõdi vos vni viro virginẽ ca
stã exhibere xp̃o. lla. e/
ni electa mea ⁊ ponã te in thro/

nō meū : q: cōcupiuit rex speciē tuā. Ilīa. pecie tua ꝛ pul/chritudine tua intende, ꝓspere, ꝓcede ꝛ regna. Ilīa. iffusa est grā in labijs tuis ꝓpterea benedixit te deus in eternū. Ilīa ec est virgo sapiēs quā dn̄s vigilātē inuenit. Ilīa. o/quebar de testimonijs tuis in cōspectu regum ꝛ non cōfundebar dn̄e. iffusa est grā in labijs tuis ꝓpterea bn̄dixit te deꝰ in eternum. Specie tua ꝛ pulchritudine tua intēde ꝓspere ꝓcede ꝛ regna. Propter veritatē ꝛ māsuetudinē ꝛ iusticiā ꝛ de/ducet te mirabiliter dextera tua Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurē tua: q: cōcupiuit rex spēꝫ tuā.

Xultemus in hac die festiua ecolētes dn̄i magnalia in sanctis q operaꝫ maxia. ui inter sua potentie mira in virginū est maximus gloria. ua enim grā mūdi viluit virginibꝰ pōpa. tqꝫ ꝯtra ꝓcepta regū restitit virginalis pugna. u/rit rabies vesana deuicta tri/statꝫ malicia rudescit in carne tenera maiora exq̄rit tor/mēta. ed tūc stat firmior ca/ro v̄ginea. ū multiplicanꝫ noua supplicia. ꝛo eīna qꝫ expectāt a deo glīa. etanꝫ mortalia affligi sua corpora. uia sūt trāsitoria. t imo tu subito labentia mūdi gau/dia. t flores decidua. x hac virginea sorte claruit. M uiꝰ hodie celebramꝰ solennia splēdēs inter alias vt lucifer iter minores stellas. ir go btā fortiꝫ ferēs oīa nec mori recusans ꝓ glīa ꝓ nob̄ pie deū exora t tecū i aula exultemus etherea pace ꝑpetua. ꝛo scōꝝ virgo glīosa collaudemꝰ dn̄ꝫ glīa.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabo/lā hanc. Simile est regnū ce/lorū thesauro abscōdito in a/gro: quē qui iuenit homo abscōdit: et p̄ gaudio illiꝰ vadit ꝛ vendit vniuersa q̄ habet: et emit agrū illū. Iteꝝ simile est regnū celoꝝ homini negociatori: querenti bonas marga/ritas. Inuēta vna ꝑciosa margarita: abijt et vendidit oīa que habuit: et emit eaꝫ. Iteꝝ simile est regnū celoꝝ sagene misse in mare: et ex oī genere pisciū ꝯgregāti. Quā cū ipleta esset educētes: ꝛ secus littus sedētes: elegerūt bonos in vasa sua: malos aūt foras mise/runt. Sic erit in ꝯsūmatione seculi. Exibūt angeli: ꝛ sepa/rabūt malos de medio iusto/rum: et mittēt eos in caminū

ignis:ibi erit fletus ⁊ stridor
dentiũ. Intellexistis hec oia
Dicũt ei. Etiã. Ait illis. Ideo
ois scriba doctus in regno ce/
lorꝫ:similis est hoi prifamili
as:q pfert de thesauro suo no
ua et vetera. ilie regũ
in honore tuo astitit regina a de
xtris tuis in vestitu deaurato cir
cũdata varietate.
fferent regi virgines post eaꝫ
pxime eius offerent tibi.
Allā. ffe
rent regi virgines pxie eius offe
rent tibi i leticia ⁊ exultatiõe ad
ducent i tẽplũ regi dño.
Hostias dñe q̃s quas ti/
bi offerimus ppitius re
spice:⁊ itercedẽte btã. N. mar
tyre tua:vincula peccatorꝫ no
strorum absolue. Per.
iffusa est gratia in labijs tuis
ppterea bñdixit te deus in eter/
nũ. allā allā.
eci iudiciũ ⁊ iusticiã dñe:non
calumnient mihi supbi ad oĩa
mandata tua dirigebar:oẽm vi/
am iniqtatis odio habui.
imile est regnũ celorꝫ homini
negociatori quereti bonas mar/
garitas inuenta vna pciosa mar
garita dedit oĩa sua et compa
rauit eam. uinqꝫ pru/
dentes virgines acceperunt ole
um in vasis suis cum lampadi/
bus:media aũt nocte clamor fa/
ctus est:ecce sponsus venit exite
obuiã xpo dño.
Refecti cibo potuqꝫ cele
sti deus nr̃ te supplices exora
mus:vt in cuius hec cõmemo
ratione pcepimus:eius muni
amur ⁊ pcibus. P.
Dilexisti
Ops sempiterne deus
auctor virtutis ⁊ amator vgi
nitatis:da nobis qs scẽ. N.
virginis tue placitis tibi me
ritis cõmendari:cui⁹ vita me
rito castitatis tibi cõplacuit.
Per.
Ratres. Qui gloriat in
dño glorief. Nõ eni q
seipm cõmendat ille pbatus
est: sed quem deus commen/
dat. Utinã sustineretis modi
cũ quid insipientie mee:sed ⁊
supportate me. Emulor eniꝫ
vos dei emulatione. Despon
di eni vos vni viro virginem
castam exhibere christo.
Apientia vincit malici/
am. Attingit ergo a fine vsqꝫ
ad finem fortiter: et disponit
oia suauiter. Hãc amaui ⁊ ex
quisiui a iuuentute mea: ⁊ q̃
siui eã sponsam mihi assume/
re:et amator factus sum for//
me illius. Generositatẽ illius
glorificat ꝯturberniũ habẽs

dei:sed et oium dn̄s dilexit il
lam. Doctrix est eni disciplie
dei:et electrix operum illius

Audēs gaudebo in dn̄o
et exultabit aia mea in
deo meo. Quia induit me ve
stimento salutis:ꝛ indumen/
to leticie circūdedit me. Qua
si sponsū decoratū corona:et
q̄si spōsam ornatā monilibus
suis. Sicut eni terra ꝓfert ger
mē suū:ꝛ sicut ortus semē suū
germinat:sic dn̄s deus germi
nabit iusticiā: ꝛ laudē coram
vniuersis gētib᷒. Habitabit
eni iuuenis cū virgine:et ha/
bitabūt in te filij tui. Et gau/
debit spōsus sup sponsam: et
gaudebit sup te deus tu᷒. Di
cit dn̄s ops. Dilexisti.
ꝗ̄a. Diffusa est. ꝗ̄a.

Irgi Emulor
nis venerāde de nume
ro sapientū festa celebremus
socij. ilie matris summi re
gis sacrosc̄e marie. uā sibi
in sororē dei adoptauit filius
ec corp᷒ suū domuit freno
ieiunū. t luxuriā secuit en/
se agonie. ec cōtra cūctos
hostis dimicauit impet᷒ t
hostē cruentū freta xp̄i dexte
ra strauerat. ec spōsum ab
aula celi sese iussentē alacris
orde iocūdo secuta eius est
ingressa thalamū. uqꝫ iā
dulcis plena delicijs. hri/
sto miserias nr̄as suggerito.
obis consolationē p̄cando

In illo tp̄e. Di. ie. di. suis
parabolā hāc Silie est regnū
celoꝝ decē virginib᷒:q̄ accipi
entes lāpades suas exiert ob
uiā sponso ꝛ spōse. Quinqꝫ āt
ex eis erāt fatue: ꝛ quiqꝫ pru/
dētes. Sꝫ quiqꝫ fatue acceptis
lampadib᷒:nō sumpserūt ole
um secū. Prudētes vero acce
perūt oleū in vasis suis cū lā/
padibus. Morā aūt faciente
spōso dormitauerūt oēs ꝛ dor
mierūt. Media aūt nocte cla
mor fact᷒ ē:ecce spōsus venit
exite obuiā ei. Tūc surrexert
oēs ꝟgines ille: ꝛ ornauerūt
lāpades suas. Fatue aūt sapiē
tibus dixerūt. Date nobis de
oleo v̄ro:q: lāpades nr̄e exti/
guunt. Rn̄derūt prudētes di
cētes Ne forte n̄ sufficiat nob
ꝛ vobis:ite potius ad vendē/
tes: ꝛ emite vobis. Dū autē
irēt emere:venit spōsus. Et q̄
parate erāt intrauerunt cū eo
ad nuptias:ꝛ clausa est ianua
Nouissime ꝟo ven(i)ūt ꝛ reliq̄
ꝟgines dicētes. Dn̄e dn̄e api
nob At ille rn̄dēs ait Amē di
co vob:nescio vos. Uigilate
itaqꝫ q: nescitis diē neqꝫ horā

Offerent.

Fferimus tibi dñe p̄ces ꝛ munera in honore scẽ M. virginis tue gaudẽtes: p̄sta qm̄s: vt ꝛ cõuenienter hec agere ꝛ remediũ sempiternũ valeamus acqrere. Per dñz.

Diffusa est.

Rosint nobis dñe qm̄s sumpta mysteria: pariterq; nos intercedẽte btã virgine tua. M. ꝛ a peccatis exuant: ꝛ p̄sidio tue ꝓpitiationis attollant. Per.

Ultum tuũ depcabũtur oẽs diuites plebis: adducẽtur regi virgines post eam ꝓxime ei⁹ adducent tibi in leticia ꝛ exulta oẽ

Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opa mea regi

Eus qui vt humanũ genus ad ꝯfessionẽ tui nominis ꝓuocares: etiã in sexu fragili victoriã martyrij cõtulisti: p̄sta qm̄s: vt eccl'a tua h̄ exemplo cõmonita: nec pati ꝓ te metuat: et celestis p̄mij gloriã cõcupiscat. Per.

Fratres de virginibus.

O q̃ȝ pulchra.

Exultabunt.

Glorio sus deus. Regre ... Ita. Adducent regi virgines post eã ꝓxime eius offerent tibi in leticia et exultatione. Simile est regnũ celoꝝ decẽ virginibus

Offerent.

Ac nos qm̄s dñe beatarum virginum et martyrũ tuarũ. M. et. M. continuis presidijs adiuuari: pro quarum venerãda recordatione hec dona maiestati tue dicanda offerimus. Per do.

Quinq; prudẽtes.

Resta q̄sumus ops deus: vt que in sanctarum virginũ et martyrũ tuaꝝ. M. et. M. solennitate pcepimus diuina mysteria: earum intercessione remedia cape mereamur eterna. Per do.

Omnipotens sempiterne deus: qui nos idoneos non esse ppendis ad maiestatem tuaȝ sicut dignum est exorandã: fac sanctas virgines tuas. M. ꝛ. M. ꝓ nostris interuenire peccatis: q̃rũ meritis nobis indulgentiã largiaris. Per dñm.

Intercedẽtibus sanctis virginibus tuis. M. ꝛ M. dñe q̄sumus plebis tue mun⁹ san

ctifica: vt ab oibus noxijs expedita: et hic et in eternū cuncta sibi pfutura pcipiat. Per.

Quesumus dñe deus noster: vt sacri misterij munus indultum: intercedentibus sanctis virginibus tuis. N. et N. et psentis nobis vite subsidiū: et eternitatis largiat effectū. Per do.

Benedicta sit scta trinitas atq3 indiuisa vnitas: cōfitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiā suā

Alla alla. Benedicamus patrē et filiū cū sācto spiritu.

Omps sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in cōfessiōe vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et i potētia maiestatis adorare vnitatē: q̄s vt eiusdē fidei firmitate ab oib⁹ semp muniamur aduersis. Jn qua viuis et regnas deus.

Rēs

Gratia dñi nri iesu xpi et charitas dei: et cōmunicatō scti spiritus sit semp cū oibus vobis. Jn xpo iesu dño nro.

O Altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: q3 incōprehensibilia sunt iudicia ei⁹ et inuestigabiles vie ei⁹. Quis eni cognouit sensu3 dñi. Aut qs cōsiliarius ei⁹ fuit. Aut qs prior dedit illi: et retribuet ei Qm ex ipso et p ipm: et in ipo sunt oia: ipsi gloria in secula seculorum. Amē. Benedictus es dñe qui intueris abyssos et sedes sup cherubin. Benedicite deū celi: q2 fecit nobiscum misericordiā suā. Alla. Benedictus es dñe deus patrū nostrorum: et laudabilis in secula.

In illo tpe. Dixit iesus discipl'is suis. Cū venerit paraclytus: quē ego mittā vobis a patre spiritū veritatis: qui a pre pcedit: ille testimoniū phibebit de me. Et vos testimoniu3 phibebitis: q2 ab inicio mecū estis. Hec locut⁹ su3 vobis: vt nō scādalizemini. Absq3 synagogis faciēt vos. Sed venit hora: vt ois q interficit vos arbitret obsequiū se pstare deo. Et hec facient vobis quia nō nouerunt patrē neq3 me. Sed hec locutus sum vobis: vt cū venerit hora eoru3 reminiscamini: quia ego dixi vobis. Benedictus sit

deus pater vnigenitusq; dei filius sctūs quoq; spūs: q: fecit nobiscū misericordiā suaz.

Alleluia.

Sanctifica q̄s dñe deus trinitas scā per tui sci nois inuocationē huius oblationis hostiā: ꝛ p eā nosmetipos tibi pfice munus eternū. In q̄ viuis in vnitate eiusdē.

Qui cū vnigēito.

Benedicimus deū celi ꝛ corā oibus viuētibus ꝯfitebimur ei: q: fecit nobiscū misericordiā suam

Alla all'.

Proficiat nobis ad salutem corporis et aīe dñe deus huius sacramenti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis: eiusdemq; indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis et regnas deus per omnia

Benedicite dominū oēs angeli eius potentes virtute: q facitis verbū ei⁹ ad audiēdā vocē sermonuz ei⁹.

alla. Bn̄dic aīa mea dño: ꝛ oia q̄ intra me sūt noī sctō eius.

Perpetuū nobis dñe tue miseratiōis p̄sta subsidiū: qbus et angelica prestitisti suffragia non deesse.

In dieb⁹ illis. Dixit mihi angel⁹. Scribe. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et dixit mihi. Hec verba dei vera sunt. Et cecidi ante pedes eius: vt adorarē eū. Et dixit mihi. Uide ne feceris. Conseruus enī tuus sum: ꝛ fratrū tuoꝝ habētiū testimoniū ihu deū adora

Bn̄dicite dn̄m oēs angeli eius: potētes virtute: q facitis verbuz eius. Bn̄dic aīa mea dño ꝛ oia interiora mea nomen sctm̄ eius. Alla. In ꝯspectu angeloꝝ psallam tibi dn̄e deus meus.

In illo tp̄e. Ascendit iesus hierosolymam. Est autē hyerosolymis pbatica piscina q̄ cognoiabat hebraice bethsaida: quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentiū cecorum: claudorū: aridorū expectantiū aque motū. Angelus aūt dñi scdm̄ tēpus descēdebat in piscinā: et mouebat aqua. Et qui prior descendisset in piscinā post motionem aque sanus fiebat: a quacūq; detinebat infirmitate.

Stetit angelus iuxta arã templi habens thuribulũ aureũ in ma nu sua & data sũt ei incẽsa mľta & ascẽdit fum⁹ aromatũ i ɔspectu dei allˀa

Hostias tibi dñe laudis offeri/mus suppliciter deprecãtes: vt easdẽ angelico pro nobis interueniente suffragio & pla cat⁹ accipias: & ad salutẽ nr̃aʒ ɔuenire concedas. p.

Bñdicite oẽs angeli dñi domi/no hymnũ dicite & superexaltate eũ in secula. allˀa.

Repleti dñe be/nedictiõe celesti suppli citer imploramus: vt qđ fragi li celebramus officio: sanctoꝝ angeloꝝ atq; archangelorum omniũq; celestiũ spirituũ no/bis prodesse sentiamus auxi/lio. p dñm.

Dñe ne in ira

Salus po/puli.

Salus populi. Nos aũt.

Salus populi. Nos aũt.

Kyrie Sanctus Agnus

Salus populi.

Salus populi.

Salus populi.

Salus ppľi ego sum dicit dñs de quacũ q; tribulatione cla/mauerint ad me ex audiã eos & ero illo rum dñs in perpetuum.

N

alľa alľ. Attendite populle meus legē meā: inclinate aurē vestrā in verba oris mei.

loria in excelsis

Eus qui charitatis dona p grām sctī spūs tuorū cordibus fideliuz infūdis: da famulis ⁊ famulabus tuis fratribus ⁊ sororib⁹ nostris p quibus tuaz depcamur clemētiā salutē mentis ⁊ corporis: vt te tota virtute diligāt: ⁊ que tibi placita sūt: tota dilectiōe pficiat. p. in vnitate eiusdē.

Ec dicit dñs deus. In die illa deferet munus dño exercituū: ⁊ rex fortis dominabit eorū. In die illa erit altare dño in medio terre ⁊ cognoscet dñs: ⁊ colēt eū in hostijs ⁊ muneribus ⁊ vota voueбūt dño ⁊ soluēt: ⁊ reuertētur ad dñm ⁊ placabit eis: ⁊ sanabit eos. In die illa erit israel benedictio in medio terre cui bñdixit dñs exercituū dicēs. Benedictus pplus meus et opus manuū mearuz hereditas mea israel. Dicit dñs ops

ropitius esto dñe peccatis nr̄is nequā dicāt gētes vbi ē deus eorū. Adiuua nos deus salutaris nr̄ ⁊ ppter honorē nōis tui dñe libera nos. alľa. Ostende nobis dñe misericordiā tuā ⁊ salutare tuum da nobis. alľa.

alľa

In illo tpe: Sedēs iesus contra gazophilaciū: aspiciebat quō turba iactabat es in gazophilatiū. Et multi diuites iactabāt multa. Cū venisset aūt vna vidua paupcula misit duo minuta qd est quadrās. Et conuocās discipulos suos: ait illis. Amē dico vobis quia vidua hec paupcula plus oibus misit qui miserūt in gazophilaciū. Oēs eni ex eo qd abūdabat illis: miserūt. Hec vero de penuria sua oia q̄ habuit misit totū victū suū. E xaudi deus orationē meā ⁊ ne despexeris deprecationē meā: intende in me ⁊ exaudi me. alľa.

Conturbatus sū a voce inimici ⁊ a tribulatione peccatoris: ⁊ expectabā eū qui me saluū faceret. Ego aūt ad deū clamaui libera aiaz meā ⁊ extendas manū tuam in retribuendo illis.

Iserere q̄s dñe

famul' ꝛ famulabus tuis:pro
quibus hoc sacrificiū laudis
tue offerimus maiestati ꝛ pre
sta vt p hec sancta supne bñdi
ctiōis grām obtineāt ꝛ glīaꝫ
eterne felicitatꝭ acqrāt.p.
men dico vobis quicqd oran
tes petitꝭ credite q2 accipietis et
fiet vob. Alla
Juina libātes myste
ria qs dñe vt hec saluta
ria sacramta illis pficiat ad p
prosperitatē ꝛ pacē pro quorū
quarūqꝫ dilectiōe hec tue ob
tulimus maiestati.p.

piritus dñi reple
uit orbem terraruꝫ
alla:ꝛ hoc qd conti
net oia scientiā ha
bet vocis alla alla
alla. Exurgat deus ꝛ dissipē
tur inimici eius:ꝛ fugiant qui ode
runt eū a facie eius.
Eus qui corda fideliuꝫ
sancti spūs illustratiōe docui
sti:da nobis in eodē spū recta
sapere:ꝛ de eius semp cōsolatio
ne gaudere. Per. in vni. eius.

In diebus illis. Cuꝫ au
dissent apl'i qui erant hieroso
lymis quia recepisset samaria
verbū dei: miserūt ad eos pe
trū ꝛ ioānē. Qui cū venissent
orauerūt pro ipsis vt accipent
spm̄ sanctū. Nōdū eni in quē
qꝫ illoꝝ venerat:sed baptizati
tm̄ erāt in noie dñi iesu. Tūc i
ponebāt manus sup illos ꝛ ac
cipiebāt spiritū sanctū.
eata gens cuius est dñs deus
eoꝝ:pplꝰ quē elegit dñs in here
ditatē sibi. Uerbo dñi celi fir
mati sunt:ꝛ spiritu oris eius ois
virtus eorū. Alla. Ueni san
cte spiritus reple tuorū corda fi
deliū ꝛ tui amoris in eis ignē ac
cende. Alla.
Emitte spm̄ tu. alla Ueni
sancte.

In illo tpe: D.i.d.s.
Si qs diligit me:sermo
nē meū seruabit: Et pr meus
diliget eū:ꝛ ad eū veniemꝰ:et
māsionē apd eū faciemꝰ. Qui
nō diligit me:sermōes meos
nō seruat. Et sermonē quē au
distis nō est meus:sꝫ eius qui
misit me patris. Hec locutus
sū vobis:apud vos manens.
Paraclytus aūt spūs sanctus
quē mittet pater in noie meo
ille vos docebit omnia ꝛ sug
geret vobis omnia quecunqꝫ
dixero vobis. Pacē relinquo
vobis. Pacem meā do vobis
Non quomodo mundus dat
ego do vobis. Nō turbet cor
vestrū:neqꝫ formidet. Audi
stis quia ego dixi vobis: vado
ꝛ venio ad vos. Si diligere

tis me: gauderetis vtiqȝ quia vado ad patrē: qr pr maior me ē. Et nunc dixi vobis priusq̄ȝ fiat: vt cū factū fuerit credatis. Iā nō multa loquar vobiscuȝ venit eni princeps mūdi huius: et in me non habet qcq̄ȝ. Sed vt cognoscat mūdus qa diligo patrē: et sicut mādatum dedit mihi pr: sic facio.

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a tēplo tuo qd est in hierl'm: tibi offerunt reges munera alleluia.

Munera q̄s dn̄e oblata sctifica: et corda nostra sci spūs illustratiōe emūda. Per dn̄m In vnitate eiusdē.

Qui ascendēs.

Hodierna die

actus est repēte de celo sonus aduenientis spūs vehemētis vbi erāt sedētes all'a: et repleti sunt omnes spū scō loquentes magnalia dei

Sancti all'a all'a.

spūs dn̄e corda n̄ra mūdet infusio: et sui roris intima asp̄sione fecūdet. Per do. In vnitate eiusdē.

Cibauit eos ex adipe frumenti all'a: et de petra melle saturauit eos all'a all'a. Exultate deo adiutori nr̄o iubilate deo iacob.

Deus q nob sub sacramēto mirabili passiōis tue memoriā reliq̄sti tribue q̄s ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptiōis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui vi.

Fratres: Ego enim accepi a dn̄o qd et tradidi vobis: qm̄ dn̄s iesus christus i qua nocte tradebat accepit paneȝ et gratias agēs fregit et dixit. Accipite et manducate: hoc est corpus meum qd pro vobis tradet: hoc facite in meā cōmemorationem. Similiter et calicem postq̄ȝ cenauit dicēs. Hic calix nouum testamentū est in meo sanguine: hoc facite quotienscūqȝ bibitis in meā cōmemoratione. Quotienscūqȝ eni māducabitis panē hūc et calicē bibetis: mortem dn̄i annūciabitis donec veniat. Itaqȝ quicūqȝ māducauerit panē vel biberit calicē dn̄i indigne: reus erit corporis et sanguinis dn̄i. Probet aūt seip̄m hō: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim māducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit non diiudicās corpus domini. cu

||omniuz in te sperant dñe: ꝛ tu das illis escã in tpe opoꝛtuno. Aperis tu manũ tuã ꝛ imples oẽ aial bñdictione. Allã. Caro mea vere est cibꝰ: ꝛ sanguis meꝰ vere est potꝰ: qui mãducat meã carnẽ ꝛ bibit meũ sanguinẽ i me manet ꝛ ego in eo.

In illo tempꝛe: Dixit ihesus discipulis suis: ꝛ turbis iudeoꝛum. Caro mea vere est cibus: ꝛ sanguis meus vere est potus. Qui manducat meã carnem ꝛ bibit meuz sanguinẽ: in me manet ꝛ ego in illo. Sicut misit me viuens pater: ꝛ ego viuo ꝑpter patrẽ. Et qui mãducat me: ꝛ ipse viuet ꝑpter me. Hic est panis qui de celo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri mãna in deserto ꝛ moꝛtui sũt. Qui mãducat hunc panem: viuet in eternum. Sacerdotes dñi incẽsuz ꝛ panes offerunt deo ꝛ ideo sci erunt deo suo ꝛ nõ polluent nomen eiꝰ allã.

Eclesie tue q̃sumus domine vnitatis ꝛ pacis ꝓpicius dona concede: que sub oblatis muneribꝰ mystice designantur. Per dñm.

Quia per incarnati.

Quotienscũq3 mãducabitis panẽ hunc ꝛ calicẽ bibetis moꝛtem dñi annunciabitis donec veniat. Itaq3 quicũq3 mãducauerit panẽ vel biberit calicẽ dñi indigne reꝰ erit coꝛpoꝛis ꝛ sanguis dñi allã.

Fac nos quesumus dñe diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri quã preciosi coꝛpis ꝛ sanguinis tui tempoꝛalis ꝑceptio pꝛefigurat. Qui viuis ꝛ regnas cũ deo patre.

Deus omniũ.

Salus populi.

Os autez gloriari oportet i cruce dñi nr̃i iesu xp̃i in quo est salus vita ꝛ resurrectõ nr̃a p quẽ saluati ꝛ liberati sumus. allĺa allĺa. Deus misereatᷣ nr̃i ꝛ bñdicat nobis: illuminet vultũ suũ sup nos ꝛ misereatᷣ nr̃i. Gloria in ex.

Eus qui vnigeniti filij tui dñi nr̃i iesu xp̃i: preciosa sanguine viuifice crucis vexillũ scificare voluisti: ꝯcede q̃s: eos q eiusdẽ scẽ crucis gaudẽt honore: tua q̃ꝫ vbiqꝫ ꝓtectione gaudere. p eundẽ.

Fratres Christus factꝰ est pro nobis obediẽs vsqꝫ ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. Propter qd̃ ꝛ deus exaltauit illũ ꝛ donauit illi nomen qd̃ est sup omne nomẽ: vt in nomie iesu omne genu flectatᷣ: celestium terrestriuꝫ ꝛ infernoꝝ. Et ois lingua ꝯfiteatᷣ: qꝛ dñs ihesus xp̃s: in glĩa est dei pr̃is.

Christꝰ factus ẽ pro nobis obediens vsqꝫ ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis. Proper qd̃ ꝛ deus exaltauit illũ ꝛ dedit illi nomẽ qd̃ ẽ super oẽ nomẽ. Allĺa. Dulce lignũ dulces clauos dulcia ferẽs pondera que sola fuisti digna sustinere regẽ celorũ ꝛ dñ̃ꝫ.

Allĺa. Nos aũt glĩari oportet i cruce dñi nr̃i iesu xp̃i

In illo tp̃e: Ascẽdens iesus hierosolymam: assumpsit duodeci discipulos suos secreto ꝛ ait illis. Ecce ascendimꝰ hierosolymã ꝛ filius hoĩs tradetur pricipibus sacerdotũ et scribis ꝛ ꝯdẽnabũt eũ morte. Et tradẽt eũ gentibus ad illudẽdũ: ꝛ flagellãdũ ꝛ crucifigẽdũ: ꝛ tertia die resurget.

Protege dñe plebẽ tuã p signũ scẽ crucis ab oibꝰ insidijs inimicorũ oium vt tibi gratã exhibeamus seruitutẽ ꝛ acceptabile tibi fiat sacrificiũ nr̃m.

Hec oblatio allĺa. q̃s dñe ab omibus nos purget offẽsis: que in ara crucis imolata: etiã totius mũdi tulit offensas. Per do.

Qui salutem.

Per lignũ serui facti sumus ꝛ p sanctã crucẽ liberati sumus: fructus arboris seduxit nos filiꝰ dei redemit nos allĺ. allĺa

Adesto nobis dñe deus noster: ꝛ quos sancte crucis letari facis honore: eius quoqꝫ perpetuis defende subsidijs. Per dominũ nostrũ iesũ xp̃ꝫ.

In nomine iesu omne ge nu flectatur celestium terrestrium et inferno rum et omnis lingua con fiteatur: quia dominus iesus xpus in gloria est dei patris. Lau date dominum quia bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suaue.

Deus qui gloriosissimum no men iesu christi vnige niti filii tui fecisti fidelibus tu is summe suauitatis affectu amabile et malignis spiritibus tremendum atque terribile: conce de propitius: vt omnes qui hoc nomen iesu deuote venerantur in terris: sancte consolationis dulcedinem in presenti percipiant: et in futuro gaudium exultatio nis et interminabilis iubilati onis obtineant. Per eundem.

In diebus illis: Petrus repletus spiritu sancto: dixit. Principes populi et seniores au dite. Si nos hodie iudicamur in beneficio hominis infirmi: in quo iste saluus factus est No tum sit omnibus vobis et omni plebi israel: quoniam in nomine domini nostri iesu xpi nazareni: quem vos cru cifixistis: quem deus suscitauit a mortuis: in hoc iste astat co ram vobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus est a vobis edi ficantibus: hic factus est in ca put anguli: et non est in alio ali quo salus. Nec enim est no men aliud sub celo in quo opor teat nos saluos fieri.

Constituit deus pater ad dexteram suam iesum xpm in celestibus sup omnem principatum potestatem et virtu tem et dominationem et omne nomen quod noia tur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro et omnia subiecit sub pedi bus eius Adiuua nos deus sa lutaris noster et propter gloriam nominis tui domine libera nos et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum

Alleluia. Dulce nomen iesu melos auri mel in esu: cor vertit in iubi lum et fugat mundi libium.

Alleluia. Surgens iesus dominus noster stetit in medio discipulo rum suorum et dixit pax vobis.

Dulce nomen iesu xpi felix omne ferens tristi iocundans mentem iubilo Tollit luctum affert fructum et ob duc um et seductum purgat cor a nu bilo. Nominatum inuocatum hono ratum predicatum semper sonat dul citer. Tam peccatum quam reatum con donatum expurgatum reddit mul cens leniter. Hostes ferit mores serit: mala terit graues gerit ple num est presidium. Nos defendit nos accendit nos inpendit et extendit hoc nomen in gaudium.

Dulcis iesus nazarenus iudeorum rex amenus pi us pulcher floridus. Gloria la

lute sue gentis: subit mortem
cum tormentis factus pallēs
liuidus. ulce nomen ⁊ cog
nomen hoc transcendens est
prenomen omnibus nomini
bus. ulcet reos sanat eos:
fouet reos munit eos seruat
ab insultibus. uius regis
sub vexillo: statu degis in trā
quillo hostes tui fugiūt. o/
men eius meditatum belli fu
gat apparatū: hostes victi ru/
giunt. oc est nomen recolē
dum quia semper est tremen
dū: malignis spiritibꝰ. oc
est nomen salutare: ⁊ solamē
singulare: qd̄ succurrit tristi//
bus. oc nos decet honora/
re: arca cordis inserare: cogi
tare peramare: amore sed he/
roico. gnacius hoc docuit
illud passus insonuit: cor eius
scissum patuit: inscriptū ihesu
celico. t quid maiora cupi/
mus: q̄z ꝙ iesus sit intimus q
est preamantissimus: ⁊ querit
nos amare. mat feruentissi
me: amat cōstantissime amat
fidelissime: ⁊ suos vult iuua/
re. omen suum fecit tale: vt
sit cūctis cordiale capitale ꝑn
cipale dilectū ex intimis. a
bent hoc nature iura vt amā/
tem tota cura: reamemus pla
citura ꝑstātes ex animis. e
su nomē oē bonū tenet dulcē
facit sonū ꝓmereꝫ regni thro
nū audituʒ letificat. n hoc
lucet splendor patris: in hoc
patet decor m̄ris i hoc fulget
honor fratris: hoc frēs magni
ficat. aput iesu cor mēs ma
nus vulnus liuor sanguis pla
nus pedes corpus vigor sanꝰ
paranꝫ hoibus. ec torquē/
tur passa dura his lesura ⁊ na
tura: reparanꝫ pia cura purga
tis criminibus. rgo si quis
velit scire quaꝛ iesu nomē mi
re: facit bonos cōcupire sui in
herētiā esus pulcher in de
core sūme bonus in valore mi
tis lenis cū dulcore ꝓnus ad
clementiā. esus est rex ge/
nerosus: ihesus forma specio
sus: iesus ē deliciosus ⁊ sapit
dulcissime. esus fama gl'io
sus: iesus cunctis fructuosus
iesus totus virtuosus fouet su
os optime. ūmus potēs in
vigore sūmus celsus in hono
re: sūmus gratꝰ in amore: oēm
laudē obtinet. n sciendo sū
me sapit ambiēdo cūcta capit
diligendo corda rapit ⁊ illata
detiet. ya nomē nobis gra
tū iesus dulcis appellatū sit i
corde sic firmatū vt nō possit
erui. oc creatū peccatoꝝ tol/
lat ꝑstet iubiloꝝ odas sede be
atorum donet nobis perfrui.

me dsligebant. Framea susci/
tare super pastorē meū: ꝛ sup
virum coherentē mihi: dicit
dñs exercituū. Percutiaȝ pa/
storem ꝛ dispergenť oues gre
gis dicit dñs exercituū.

mproperium expectauit cor
meū ꝛ miseriam ꝛ sustinui qui si/
mul contristaretur: ꝛ non fuit: cō
solantē me quesiui ꝛ non inueni
Et dederūt in escā meam fel: ꝛ
in siti mea potauerūt me aceto.
lleluia. Aue rex noster iesu
christe tu solus nostros errores
creatus miseratus pertulisti: pa
tri obediens ductus es ad cruceȝ
vt agnus māsuetus ad occisionē
tibi gloria osanna: tibi summe
laudis ꝛ honestatis chorea.

udica me deus ꝛ dis/
cerne causaȝ meā de gente nō
sctā: ab hoīe iniquo et doloso
erue me. uia tu es de⁹ forti
tudo mea quare me repulisti
ꝛ quare tristis incedo dū affli
git me inimic⁹. estes eni in
iqui insurrexerūt aduersū me
ꝛ mētita est iniqtas sibi. psi
vo ꝯsiderauerēt ꝛ īspexerēt me
diuiserunt sibi vestimēta mea
ꝛ sup vestē meā miserūt sortē.
oderūt man⁹ meas ꝛ pedes
ꝛ dinumerauerūt oīa ossa mea ꝛ
dolorē sup dolorē vulneribus
meis addiderūt.

Cenā cū discipl'is xp̄e ce
lebrasti ꝛ mortē apl'is palā nū
ciasti. auctorē sceleris iudā de
mōstrasti: ꝛ egressus ꝓtin⁹ or
tulū intrasti. ic ꝓcidēs dñs
humo se ꝓstrauit ꝛ transferri
calicē a se postulauit sed pris
arbitrio illud cōmendauit et
ecce mox sanguinis sudor ema
nauit. udas post hec osculū
ori dedit xp̄i: ad quid inquit
dñs amice venisti nūquid tra
dis osculo quē iam vendidi/
sti: assistētes protinus irruūt
ministri. ox insomnis ita/
q; illa ducebať: nulla prorsus
requies iesu prestabať magi/
stroꝝ impia plebs iniuriať ala
pis ꝛ colaphis innocēs macta
tur. um iesum eripere pila
tus conať iudeoꝝ furia magis
inflāmať ꝛ tumultus ppli in
gens excitať ꝛ plebis vox in/
tonat vt crucifigať. raditur
militibus vinculis artať vndi
q; verberib⁹ corpus cruētať ca
put regis gl'ie spinis coronať
postq; flexis genibus quisq;
irritať. cce caro tenera pij
saluatoris ad columnā neqter
coartať loris sic flagellis cedi/
tur impij tortoris q; emanant
riuuli vndiq; cruoris. ost p
vrbis mediū iesus ꝓcedebat
ꝛ crucis patibulū humeris fe
rebat ad fores ad ostia popu/
lus fluebat eiusq; ꝯfusio omni

bus patebat. Ad pudoris cu/
mulū iesu denudaris ⁊ vētis
ac frigori nudus spoliaris in/
nocēs cū impijs in crucē dāna
ris ⁊ quasi dux sceleris medio
locaris. Tēsis ligno brachijs
manus conclauant cruci caro
cruribus clauis tractabantur
nerui vene simili modo laniā
tur pedes plante etiā ferro cō
cauant Loquēs iesus postea
sitio dicebat: ⁊ acetū protinus
felle commiscebāt ac infusum
spōgie ori porrigebāt qd de/
gustās paululū sumere nole/
bat. O iesu mirifice quid est
quod agebas tu de siti cōque
rens de cruce sinebas nūquid
hanc doloribus magis sentie
bas aut salutē potius nostraꝫ
sitiebas. Vocē promens vlti
mā patrē inuocasti: spiritūq
manibus eius cōmendasti cū
clamore valido tandē expira/
sti sic salutē omniū opus con/
summasti. Nūc ego superbio
tu humiliaris ego culpas per
petro tu pena grauaris ego po
mū mordeo tu felle potaris
ego peto mollia tu dire tracta
ris. Nemū cuius valeat mēs
vel lingua fari virgo intus cre
ditur quantū cruciari: dū cer/
nit iam mortuū latus vulnera
ri atqꝫ nati viscera lācea rima
ri. Corpus quidē mortuū iaꝫ
nil sentiebat militis sed lācea
pectus infigebat: quā fixā in
filij latere videbat vnde aqua
sanguine mixta effluebat Fū
dunt riuos sanguinis fontes
saluatoris properās huc ani/
ma currat peccatoris ⁊ hauri/
at quidpiam sacrati liquoris:
quo frequenter liniat vulnera
doloris. Ad hunc ergo ꝓpe/
ra fontē saluatoris vt fluentis
impleas viscera dulcoris aq̄
vite lauacrū precium cruoris:
hinc tui curatio profluat lan/
guoris.

In illo tpe: Presciens ie
sus quia iam omnia con
summata erant de ipso: vt con
summaret scriptura dixit. Si/
cio. Uas ergo erat positū ace/
to plenū. Illi aūt spongiā ple
nam aceto: hysopo circumpo
nētes obtulerunt ori eius. Et
cū accepisset iesus acetū dixit
Cōsummatū est. Et inclinato
capite tradidit spiritū. Judei
ergo quoniā parasceue erat vt
nō remanerēt in cruce corpo/
ra sabbato: erat enim magnus
dies ille sabbati: rogauerunt
pilatū vt frangerent eorū cru
ra ⁊ tollerent. Uenerūt ergo
milites ⁊ primi quidē frege/
runt crura: ⁊ alterius qui cru/
cifixus est cū eo. Ad iesum au
tem cū venissent: vt viderunt

eũ iam mortuũ: nõ fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit: ꝛ cõtinuo exiuit sãguis ꝛ aqua Et q vidit testimoniũ ꝑhibuit: ꝛ verũ est testimoniũ ei⁹.

Insurrexerũt in me testes iniq absqꝫ misericordia quesierũt me interficere ꝛ non pepercerunt in faciem meã spuere ꝛ lanceis suis vulnerauerũt me ꝛ concussa sunt omnia ossa mea.

Domine iesu xp̃e qui ꝑ mundi redẽptione crucis lignũ ascendisti: vt vniuersus mundus: qui in tenebris erat illuminaret: illã qũs lucem in animas nostras ꝛ corpora infunde: per quã ad eternã lucẽ peruenire mereamur. Qui cũ patre ꝛ spiritu sctõ vi.

Foderũt manus meas ꝛ pedes meos et dinumerauerunt omnia ossa mea.

Domine iesu xp̃e q hora diei sexta ꝑ redẽptione mũdi crucis patibulũ ascendisti ꝛ sanguinẽ tuũ preciosum in remissionẽ peccatorũ nostroruꝫ fudisti: te humiliter deprecamur vt per tue passionis ꝛ vulnerũ tuorũ merita: post obitũ nostrũ paradisi ianuã gaudenter mereamur introire. Qui cũ deo pr̃e ꝛ spũ scõ viuis ꝛ re.

Gaudeam⁹ oẽs in domino diẽ festũ celebrãtes sub honore corone dñi de cui⁹ solẽnitate gaudent angeli ꝛ collaudant filiũ dei. Gaudent angeli ꝛ exultãt archangeli: letant̃ ꝛ cõgratulant̃ oẽs sci.

Presta qũs ops deus vt qui in memoriã passionis dñi nostri iesu christi coronã eius spineã veneramur in terris: ab ipso gloria ꝛ honore coronari mereamur in celis. Qui tecũ vi.

Lectulũ salomonis sexaginta fortes ambiũt ex fortissimis israel: oẽs tenẽtes gladios: ꝛ ad bella doctissimi. Vniuscuiusqꝫ ensis sup femur suũ propter timores nocturnos. Ferculũ fecit sibi rex salomon de lignis libani. Colũnas ei⁹ fecit argẽteas: reclinatorium aureũ: ascẽsum purpureũ: media charitate cõstrauit ꝑpter filias hierusalẽ. Egredemini filie syon ꝛ videte regem salomonẽ in diademate: quo coronauit eũ mater sua in die desponsationis illius: ꝛ in die leticie cordis eius. Quã pulchra es amica mea q̃ pulchra es. Oculi tui colũbarũ: absqꝫ eo quod intrinsecus latet. Veni

de libano sponsa mea: veni
de libano: veni coronaberis.
Ala. Tuā coronā adoram9
dñe: tuū gloriosuȝ recolim9 triū/
plū. Ala. Diadema spineum
veneremur hodie: cui9 per acu
leū sertū datur glorie.

I vis vere glīari ⁊ a deo
coronari honore ⁊ glīa.
anc coronā venerari stude
as atqȝ sectari portātis vesti/
gia. anc celoꝝ rex portauit
honorauit ⁊ sacrauit sacro suo
capite. n hac galea pugna/
uit cum antiquū hostē strauit
triūphās i stipite ec pugnā
tis galea triūphātis laurea ty
ara pontificis. rimū fuit spi
nea post modū fit aurea tactu
scti verticis. pīnaꝝ aculeos
virt9 fecit aureos xp̄i passiōis
ue peccatis spineos mortis
eterne reos adimpleuit bonis
e malis colligit ⁊ de spinis
plectit spinea peruersis. ed
in aurū vertitur quādo culpa
tollit eisdē cōuersis. ocūda
mysteria sunt hec sed materia
p̄sentis leticie. obis est hy/
storia qua patēter frācia coro/
nat hodie. uius coronatio
corone susceptio cuius festuȝ
agimus. ebito cū gaudio
⁊ aniuersario honore recoli/
mus. hesauro tā nobili taȝ
desiderabili diues es effecta,

erra carens simili carēs cō
parabili deo predilecta. ria
priuilegia regna tibi alia sub
dūt in honore. ides ⁊ mili/
cia vnctioqȝ regia quarū flo/
res flore. ibi o vrbs inclyta
omni laude p̄dita mater studi
orū. st corona credita ⁊ in te
reposita vrbs parisioruȝ. n
dei p̄coniū totū confer studiū
totū cor appone. ue xp̄i pal
ladiū ⁊ sacre sacrariū: facta es
corone. esu pie iesu bone:
nr̄o nobis in agone largire vi
ctoriā. ores nr̄os sic cōpo/
ne vt perpetue corone merea/
mur gloriā amē.

IN illo tp̄e. Appre/
hēdit pilatus iesum: ⁊ fla
gellauit. Et milites plecten/
tes coronā de spinis: imposue
rūt capiti eius: ⁊ veste purpu/
rea circūdederunt eū: ⁊ venie
bant ad eū ⁊ dicebāt. Aue rex
iudeorū? Et dabant ei alapas
Exiuit iterū pilatus foras: et
dixit eis. Ecce adduco vobis
eū foras: vt cognoscatis: quia
in eo nullā inuenio causam.
Exiuit ergo iesus portās spi/
neā coronā: ⁊ purpureū vesti/
mētū. redo lia ⁊ ho
nore coronasti eū ⁊ cōstituisti eū su
per opa manuū tuarū dñe.

Uorū militū rex omp̄s
virtutem corrobora: vt

quos in huius mortalitatis stadio vnigeniti filij tui corona letificat: consummato cursu certaminis immortalitatis brauiũ apprehendát. Per d.

Posuisti domine in capite eius coronã de lapide precioso.

Supplices te rogamus omnipotẽs deus: vt hec sacramenta que sumpsimus: per sacrosancte filij tui corone cuius solẽnia recensemus virtutem: nobis proficiát ad medelam. Per eundem.

Sab

Ave maria gratia.

Alia.

Orate celi desup & nubes pluant iustū: aperiatur terra & germinet saluatorem. Et iusticia oriatur simul ego dn̄s creaui eū.

Rorate. Gloria patri.

kyrie.

kyrie rex splendēs kyrie fons bonitatis.

kyrie rex geni. kyrie O rex clemēs. kyrie Conditor. Cunctipotens. Orbis factor. Lux & origo. kyrie Omnipotens.

Deus qui de beate marie semper virginis vtero verbum tuū angelo nunciāte carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui vere eam dei genitricē credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundē.

Omnipotēs sempi

terne deus.

Oms sempiterne deus qui facis mirabilia.

Oms sempiterne deus vnica salus mor.

Omps sempiterne deus qui viuo2ti.

In diebus illis: Locutus est dns ad achaz dicens. Pete tibi signu a dno deo tuo in profundu inferni: siue in excelsuz supra. Et dixit achaz. Non petam: et no temptabo dnm. Et dixit: Audite ergo domus dauid. Nunquid parum vobis est molestos esse hoibus: q2 molesti estis et deo meo. Propter hoc dabit dns ipse vobis signu. Ecce virgo concipiet et pariet filiu et vocabit nome eius emanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malu et eligere bonu.

Ollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et itroibit rex glie. Quis ascedet in monte dni: aut quis stabit in loco sco eius: innoces manibus et mudo corde.

lia. Aue maria gratia plena dns tecu benedicta tu in mulieribus. Alla.

Mittit ad virginem.

Issus gabriel de celis verbi baiulus fidelis: sacris differit loquelis cu beata virgine. erbu bonu et suaue pandit intus in conclaue et ex eua formans aue: eue verso nomine. onsequenter iuxta pactum adest verbuz caro factum: semper tamen est in

tactum puellare gremiũ. a
trem pariens ignorat ꝛ quaꝫ
homo nõ deflorat nõ torquet
nec laborat: quando parit fili
um. ignuꝫ audis nouitatis
crede soluꝫ ꝛ est satis: non est
tue facultatis soluere corrigi/
am. rande signũ ꝛ insigne:
est in rubo ꝛ in igne: ne appro
piet indigne calciatus quispi
am. irga sicca sine rore no/
uo ritu nouo, more fructũ pro
tulit cũ flore: sic ꝛ virgo pepe/
rit. enedictus talis fructus
fructus gaudij non luctus: nõ
erit adam seductus si de hoc
gustauerit. esus noster ihe
sus bonus: pie matris pium
onus cuius est in celo thron⁹
nascitur in stabulo. ui sic ẽ
pro nobis natus: nostros de/
leat reatus quia noster inco/
latus: hic est in periculo.

Ittit ad vir/
ginem nõ quẽuis an/
gelum sed fortitudinẽ suaꝫ ar
changeluꝫ amator hominis.
ortem expediat pro nobis
nuncium: nature faciat vt pre
iudicium in partu virginis.
aturam superat natus rex
glorie regnat ꝛ imperat ꝛ zi/
ma scorie tollit de medio. u
perbientium terit fastigia col
la sublimium calcans vi pro/
pria potens in prelio. oras

eijciat mundanũ principẽ spõ
samqꝫ faciat secũ participẽ pa
tris imperij. xi q mitteris
hec dona edissere reuela vete
ris velamen littere virtute nũ
cij. ccede nuncia dic aue co/
minus dic plena gratia dic te
cũ dominus ꝛ dic ne timeas.
irgo suscipias dei deposi/
tum in quo perficias castum
propositũ: ꝛ votum teneas.
udit ꝛ suscipit puella nũciũ
credit, ꝛ concipit ꝛ parit filiuꝫ
sed admirabileꝫ. onsiliariũ
humani generis ꝛ deũ fortiũ:
ꝛ patrem posteris in fide sta/
bilem.

Erbum bonuꝫ ꝛ suaue
personemus illud aue ꝑ quod
christi fit ꝯclaue virgo mater
filia. er quod aue salutata
mox concepit fecũdata virgo
dauid stirpe nata: iter spinas
lilia. ue veri salomonis ma
ter vellus gedeõis cuius ma/
gi tribus donis laudãt puer/
periũ. ue solẽ genuisti aue
